CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXXVII

FLAVII IOSEPHI OPERA

EX VERSIONE LATINA

EDIDIT

CAROLVS BOYSEN

PARS VI.

DE IVDAEORVM VETVSTATE SIVE CONTRA APIONEM LIBRI II.

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXVII

FLAVII IOSEPHI OPERA

EX VERSIONE LATINA

EDIDIT

CAROLVS BOYSEN

PARS VI

DE IVDAEORVM VETVSTATE SIVE CONTRA APIONEM LIBRI II.

PRAGAE F. TEMPSKY. | VINDOBONAE F. TEMPSKY. | LIPSIAE G. FREYTAG.

MDCCCLXXXXVIII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

FLAVII IOSEPHI OPERA

EX VERSIONE LATINA ANTIQVA

EDIDIT

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

PROLEGOMENA INDICESQVE ADDIDIT

CAROLVS BOYSEN

PARS VI

DE IVDAEORVM VETVSTATE SIVE CONTRA APIONEM

LIBRI II

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY. LIPSIAE G. FREYTAG.

MDCCCLXXXXVIII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

First reprinting, 1964, Johnson Reprint Corporation

Printed in Germany

Lessing-Druckerei — Wiesbaden

PRAEFATIO.

Cum Flauii Iosephi operum uersionem antiquam, quae uulgo Rufino Aquileiensi tribuitur, Academia litterarum Caesarea Vindobonensis inter scriptores ecclesiasticos Latinos edi iussisset, primum quidem Benedictus Niese praeter Graecum textum recensendum hac quoque opera strenue suscepta, dum ante quinque lustra in bibliothecis Italicis et Gallicis Graecis Iosephi libris manuscriptis incubat, Latinos quoque libros potiores aut excerpsit aut excussit et postea editionem Graecam parans simul in textum Latinum examinandum multum studium contulit. deinde autem cum ille diutius quam uoluit Graecorum librorum recensione teneretur, ego uero in libris manuscriptis praecipue Latinis excutiendis Gottingae et Marpurgi sodalis ei extitissem studiaque Flauiana adamassem, mihi cum amice persuasit, ut ad uersionem Latinam edendam ipse accederem, tum beneuole concessit, ut apparatu iam collecto libere uterer.

Huius editionis nunc primam quidem particulam Iosephi librorum duorum contra Apionem uersionem Cassiodoream continentem publici iuris facio. quodsi totius operis uolumen sextum primo loco edidi, non solum propterea factum est, quod nimis difficile erat breui tempore codicum Antiquitatis Iudaicae fere ducentorum specimina colligere, sed etiam eo quod libellus de uetustate Iudaeorum pessime traditus et maxime arte critica indigere et propter argumenti delectationem desiderari uidebatur. accedit quod ad uerba Iosephi Graeca restituenda in libris Apioneis praecipua est uersionis Latinae utilitas, quae quidem sola libri secundi partem haud exiguam

seruauit aliaque multa codicis Graeci uitia tollit. et cum illi libri plus quam reliqua Iosephi uolumina medicina indigerent, haud absonum uidebatur ab eis initium capere, ut iam uiri docti emendationis apparatum totum haberent. olim propositum erat Alfredo a Gutschmid, quem et praeceptorem et studiorum initiatorem pie colo, ut libros contra Apionem ederet, sed morte flebili studiis suis ereptus est. iam uero Niesius eorum quae coepit ille partem, textum scilicet Graecum. ad finem perduxit, commentarium, quem Gutschmidius scholis suis tradere solebat, in eius opusculorum uolumine quarto Franciscus Ruehl pia cura edidit, ego textum Latinum, qui restabat edendus, nunc propono. atque illius uiri semper uenerandi memoria stimulum mihi adiecit, ut primum ad libros contra Apionem recensendos accederem.

Ad quos ipsos nunc conuersus id solum hac praefatione agam, ut quibus subsidiis adiutus recensuerim textum Latinum paucis exponam. quae uero de auctore uel auctoribus dicenda sunt, porro de aetate uersionis, de sermone eruditioneque interpretis, de orthographia in textu constituta, cum non ad libellum de Iudaeorum uetustate solum attineant, sed communia sint cum eis, quae de libris uiginti Antiquitatis Iudaicae disserenda habebo, in uolumine primo locum suum tenebunt.

§ 1. De libris manuscriptis et editionibus antiquis.

Atque primum quidem uersionis librorum contra Apionem Latinae et codices et editiones ante textum Graecum per Arlenium recensitum publici iuris factas quantum nunc scio omnes et enumerabo et quae ex iis excerpta habui indicabo.

Innotuerunt igitur mihi libri manuscripti uiginti sex, quorum Florentiae quidem asseruantur septem:

L 1. Laurentianus Mediceus plut. LXVI cod. 2 membranaceus saeculi XI[1] in folio maiore binis columnis scriptus uenerandae uetustatis optimeque seruatus. constat foliis scriptis 287, a folio 260 ad fol. 277 libri contra Apionem continuantur (cf. Bandinii catalogum bibl. Medic.-Laur. t. V (II) p. 783). con-

tinet Iosephi Antiquitatis Iudaicae libros XX, contra Apionem libros II, de bello Iudaico librum primum eumque imperfectum. omnium codicum qui nostrum libellum continent est antiquissimus quidem, sed exhibet textum lacunosum; desunt enim praeter damna minora omnia, quae a p. 61, 9 *pro* — p. 71, 13 *indigerent* (I § 272—318) et a p. 74, 5 *aliorum* — p. 80, 19 *si uero* (II § 4—37) leguntur. in usum Gutschmidii libros de uetustate Iudaeorum anno 1873 contulit Aeneas Siluius Piccolomini, collationem ab illius heredibus sibi comparatam mihi tradidit B. Niese. sed liber cum esset compluribus manibus correctus nonnullaque examinatione accuratiore indigerent, ipse eum inspicere cupiens operam dedi, ut mihi Berolinum transmitteretur, sed quamquam Bossius uir illustrissimus, qui praeest rebus Borussiae ecclesiasticis scholasticisque humanissime intercedebat, id quidem propter codicis praestantiam ab iis, qui in Italia administrandis bibliothecis praesunt, impetrari non potuit, quae uero mihi dubia erant primus quidem Aemilius Kroymann Hartelio uiro clarissimo hortante septuaginta fere locis, deinde Guido Biagi bibliothecae Laurentianae praefectus mihi roganti comiter obsecutus triginta locis uterque accuratissime confirmauerunt. codicem littera L notaui.

2. Laurentianus Mediceus plut. LXVI cod. 3 membran. saec. XV[1] eleganter scriptus et picturis litterisque initialibus mirifice ornatus constat foliis 326 et continet Antiquitatis Iudaicae ll. XX, contra Apionem ll. II (cfr. Bandini t. V (II) p. 783). eaedem ac libro modo descripto lacunae huic codici insunt, cuius paucos ante et post illas lacunas uersus mihi exscripsit Augustus Haberda anno 1892.

3. Laurentianus Mediceus plut. LXVI cod. 7 membr. in fol. minore saeculi XV[1] manu eleganti Italica scriptus, litteris initialibus aliisque picturis ornatus constat foll. 251 et continet libros VII de bello Iudaico et contra Apionem ll. II (cf. Bandinium t. V. (II) p. 785). eosdem ut supra uersus codicis lacunosi exscripsit Augustus Haberda nunc Brunensis.

Cr 4. Laurentianus bibl. S. Crucis plut. XIX sinistr. cod. 1 membr. in fol. mai. saec. XI^{1} binis columnis sciiptus constat foliis 224 et continet Antiquitatum ll. XX, contra Apionem ll. II (cf. Bandinium t. VII (IV) p. 135). libri uero contra Apionem non manu saec. XI^{1} scripti sed saeculo XII° demum suppleti sunt. collationem in usum Gutschmidii anno 1873 ab Aenea Siluio Piccolomini confectam Niesius mihi tradidit.

5. Laurentianus bibl. S. Crucis plut. XIX cod. 4 membr. s. XV continet libros de bello Iudaico VII et contra Apionem libros II, quibus praemittitur Hieronymi testimonium de Iosepho. fuit quondam in monasterio S. Crucis fratris Sebastiani de Bucellis. in fine librorum de bello Iudaico legitur subscriptio haec: *Explicit liber septimus ... IX Cal. Nou. MCCCCLV die ueneris de sero per N. B. Finis.* (cf. Bandinium ibid.) lacunas supra memoratas in eo inesse testis est Haberda.

6. Laurentianus biblioth. Leopoldinae Faesulanus codex 164 membr. saec. XV^{1} ineuntis binis columnis exaratus constat foll. 215 et continet Antiquitatum ll. XX, contra Apionem ll. II. (cf. Bibliotheca Leopoldino-Laurentiana t. III p. 107). et ipse est lacunosus dictisque locis ab Haberda exscriptus.

M 7. Florentinus S. Marcianus codex 385 membr. saeculi XI^{1}, a folio uero 168 fortasse saec. XII^{1} in folio maiore binis columnis exaratus continet Antiquitatis librr. XX, contra Apionem librum primum eumque imperfectum. desinit enim in uerba huius editionis p. 56, 5 *non solum etenim ciuitates et ui[cos*. quem contulit Niesius usque ad uerba p. 28, 11 *mensium octo*. est imperfectus, lacunosis tamen adnumerandus est.

Romae deinde inueniuntur hi libri manuscripti quinque:

8. Vaticanus latinus 1990 continet libros II contra Apionem. quem saeculi XV^{1} esse uideri et easdem habere cum Laurentiano 66, 2 lacunas adnotat Niesius. excerpta non habui.

9. Vaticanus Palatinus 815 membr. miscellaneus s. XV^{1} constat foliis 360 et continet Antiquitatum ll. XX, de bello

Iudaico ll. VII, contra Apionem ll. II (cf. Henrici Stevenson iunioris et I. B. Rossii catal. codd. Palatinorum Latinorum t. I p. 287). in fine libri XX^{i} Antiquitatis Iudaicae leguntur: *Explicit liber Vigesimus Flauii Iosephi Antiquitatis Iudaice Completus Per Me Thomam Iacobi Tani Iannoçio Mihi Legente Anno MCCCC^{o} XXXVIIII° Die XXVIIII° Februarii.* et in fine belli Iudaici haec: *Explicit liber ... scriptus per me Bartolomeum S. Iohannis S. Francisci Berti de sancto miniate flor^{o} noti pñb. Anni MCCCCXIIII. ottaua indictione de mense decembri.* lacunosus est; cum aliis speciminibus Iohannes Wrobel Czernouicensis paucos uersus lacunis uicinos exscripsit.

10. Vaticanus Ottobonianus 84 membr. saec. XIII/XIV^{i} continet Antiquitatum ll. XX, contra Apionem ll. II. notas misit I. Wrobel.

11. Chigianus A VIII 232 membr. s. XV^{i} continet de bello Iudaico ll. VII et contra Apionem ll. II. in folio I^{b} inscriptum est: *Ia. Pic. de Castella Aragoniaque ex beneficentia posuit.* in fine est subscriptio: *flauii iosephi uetustatis iudaice liber secundus et ultimus explicit per me Iohannem caldarificem de monthabur presbiterum MCCCCLVI die XIII maii.* Niesius inspexit, excerpta non habui.

12. Corsinianus no. 839 (43 D. 8) chartaceus formae qua- Co
ternariae minoris s. XVI^{i} ineuntis male et compendiose scriptus continet libros contra Apionem plenos. quae editionibus addit supplementa descripsit Niesius totumque codicem Guilelmo Hartel intercedente contulit anno 1889 R. C. Kukula nunc Vindobonensis.

Venetiis hi bibliothecae Marcianae libri Iosephi libellum continent:

13. Venetus Marcianus X, 60 (cf. Valentinellii catal. t. VI V
p. 31 cod. 57.), quem scripsit in membrana politiore Ioh. Nydenna anno 1468, constat foll. 408 et continet Antiquitatis Iudaicae et contra Apionem libros plenos. ex quibus supplementa lacunarum descripsit Iohannes Wrobel.

14. Venetus Marcianus X, 63 (ibid. t. VI. 32 no. 59).

membr. s. XV[i] in folio maiore scriptus donoque datus est S. Ioanni in Viridario prope Patauiam a Baptista de Lignamine episcopo Concordiensi anno 1455. solita in lacunosis locis notauit Io. Wrobel.

Iam memorandi sunt

15. Taurinensis D. V. 39 (olim 1180, L. 1. 16 cf. Pasini codices mss. bibl. Athenaei Taurin. t. II p. 401) membr. s. XV[i] stemmate cardinalis Dominici della Rouere ornatus continet libros contra Apionem. humanissime Franciscus Carta, bibliothecae publicae Taurinensis praefectus mihi roganti ex initiis et fine librorum specimina misit satisque recte obseruauit codicem ex editione principe esse descriptum.

16. Caesenas Malatestianus plut. XI cod. 2 (cf. Muccioli catal. codd. bibl. Malatestianae t. II p. 51 et Raim. Zazzeri sui codici ... della Bibl. Malatestiana di Cesena p. 338) membr. s. XV[i] litteris initialibus et stemmate Malatestiano ornatus continet Antiquitatis Iudaicae et contra Apionem libros. libri uero XVIII[i] Antiquitatis Iudaicae littera initialis hanc inscriptionem continet:

Malatesta Nouellus F(ieri) F(ecit) MCCCCLII F. Z. F.
communicauit mihi liberalissime ex initiis et fine librorum specimina Adrianus Piccolomini professor bibliothecae praefectus.

Italicos libros sequuntur nunc Parisini hi:

P 17. Parisinus latinus 1615 membran. forma maxima s. XIV[i] binis columnis exaratus continet libros contra Apionem II et de bello Iudaico VII (cf. catal. codd. mss. latt. bibl. regiae III p. 158). librorum de uetustate Iudaeorum quae edita erant Parisiis anno 1875 contulit Niesius, supplementa editionum anno 1891 Augustus Haberda.

R 18. Parisinus latinus 5049 membran. forma maxima binis columnis saeculo fere XIII° indice Niesio exaratus continet Antiquitatis Iudaicae ll. XX, contra Apionem ll. III, de bello Iudaico ll. VII, libri uero contra Apionem postea demum saeculo XV° additi et in codicem illum interpositi sunt. (cf. catalogum eundem IV p. 34). contulerunt Niesius et Haberda.

19. **Parisinus** latinus 5054 (cf. ib. IV p. 35.) membran. Pa s. XIV° exaratus continet Antiquitatis Iudaicae libros XI priores et duos contra Apionem, quos integros habuit, sed perierunt nonnulli quaterniones reliquorumque ordo est misere turbatus. fuit quondam Francisci Petrarcae, cuius e bibliotheca ad Thomam di Campo Fregoso ducem Genuensem, denique in bibliothecam regis Aragoniae migrauit. exposuerunt de huius codicis historia Petrus de Nolhac in libro de patrum et medii aeui scriptorum codicibus in bibliotheca Petrarcae olim collectis Parisiis 1892. 8. p. 25 sqq. et in altero Pétrarque et l'humanisme, Parisiis 1892. 8. p. 43. 96. 338 sqq. et in appendice quarta et Iosephus Mazzatinti, la bibliotheca dei rè d'Arragona in Napoli, Rocca S. Casciano 1897 p. 170 not. 588. ex iis uero, quae P. de Nolhac disputauit, haec appono: 'praeterea iidem libr contra Apionem multis summariis margini appositis, quae ad philosophiam aut historiam pertinent, demonstrant quanto studio Franciscus noster (Petrarca) Iosephum legerit quotque notitias de antiquitatibus Graecis uel Asiaticis ex ea fonte hauserit'. supplementa solum lacunarum opera Augusti Haberda collata habui.

In Anglia quinque exemplaria libelli contra Apionem scripti hodie extant:

20. **Bodleianus Canonicianus** 148 Oxonii (cf. Coxii catal. B codd. mss. biblioth. Bodleianae III p. 377) membranaceus binis columnis forma maxima eleganter scriptus continet Antiquitatis Iudaicae libros nouem posteriores, contra Apionem libros duos, de bello Iudaico libros VII, qui errore librarii a Sancto Ambrosio translati esse dicuntur. anno uero 1145 codicem descriptum esse his uersibus in fine eius positis discimus:

Annis ut carnem Christus de uirgine sumpsit
undecies centum XL quinque peractis
dicti ueracis Iosephus fuit historialis.
nemo miretur rarus si carus habetur,
est huius prosa disserta nimis speciosa

ut Moyses scripsit deus omnia quomodo finxit
post antiquorum uitam mores genitorum.
hic iudeus erat Christum Iesumque sciebat
ipsum monstrantem studet et laudare Iohannem.

supplet Canonicianus lacunas; descripsit eum et accuratissime contulit Alfredus a Gutschmid.

21. Londinensis Musei Britannici Harleianus 3699 (cf. Catalogue of the Harleian manuscripts III p. 53) membranaceus s. XV^{i} splendidissime scriptus continet uiginti Antiquitatis Iudaicae libros et contra Apionem duos. in fine leguntur haec: *Finis. Anno salutis humanae M^{o}CCCC^{o}LXX° VIII°* et *XVIIII^{a} mensis iunii hoc celeberrimum opus Florentie consumatum est, die autem Veneris hora uero diei XX^{a}. Laus honor imperium et gloria sit omnipotenti Iesu Christo per infinita seculorum secula. amen. Omnium rerum uicissitudo est.* pertinuit quondam ad regis Aragoniae bibliothecam cf. Mazzatintii l. l. p. 164, specimina autem exscribens pauca de lacunis tantummodo librorum de uetustate Iudaeorum monuit Carolus Schenkl.

22. Londinensis Musei Britannici Harleianus 4960—4963. (cf. ibid. III 233) membranaceus s. XV^{i} splendide 'litteris quadratis Romanis' exaratus continet Antiquitatum ll. XX, contra Apionem ll. III, de bello Iudaico ll. VII. plenum eum esse in libris contra Apionem cum adnotasset Carolus Schenkl, litteris ad Edwardum Scott, qui libris manuscriptis in Museo Britannico asseruandis praeest, missis impetraui, ut humanissime mihi I. P. Gilson uir doctus eiusdemque Musei bibliothecarius specimina ex initiis et fine librorum sumpta transmitteret.

23. Cheltenhamensis Phillippicus 9401 membranaceus s. XV^{i} formae octonariae scriptus continet libros contra Apionem lacunosos. (cf. H. Schenkl Biblioth. patr. lat. Brit. I, 2 p. 107). de lacunis docuit me Carolus Schenkl.

C 24. Cheltenhamensis Phillippicus 12311 membranaceus s. XIII^{i} iudice Henrico Schenkl [1]) in folio maximo binis colum-

[1]) cf H. Schenkl Bibliotheca patrum Latin. Britannica I, 2 p. 122

nis nitide scriptus operum Iosephi triginta librorum corpus totum, XX scilicet libros Antiquitatum, III contra Apionem, de bello Iudaico VII, continet. qui possesserunt saeculis XIV° et XV° librum haec inscripserunt: *Iste liber est mei fratris Ieronimi Francisci Desteni ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini quem emi in Verona a Nicholao de Dolcetijs 1393. — Ego Iohannes Cornario ipsum librum emi a praedicto fratre Ieronimo pro ducatis XXI auri. — questo libro era de la libreria di Messer Iuan Cornar et tocco poi a la libreria di Messer Fantin Cornar .. 1502.* ex bibliotheca Phillippica Sotheby Wilkinson Hodge anno 1895 emtum publice proscripserunt et in catalogo p. 92 accurate descripserunt. mihi quaedam cum adnotasset Carolus Schenkl, ex quibus perspexi librum non esse neglegendum, intercedente Guilelmo Hartel Antonius Swoboda nunc Carlsbadensis Cheltenhamii 1891 libros contra Apionem totos excussit.

Sequuntur iam qui reliqui sunt duo codices in Germania asseruati:

25. Dresdensis A 111 membranaceus formae quaternariae anno 1438 satis eleganter longis lineis scriptus (cf. Schnorr von Carolsfeld, Catalog d. Handschr. d. königl. öffentl. Bibliothek in Dresden I p. 48) continet libros de bello Iudaico et contra Apionem. in fine uero huius opusculi legitur: *Iosephi liber explicit anno Christi 1438 die XXX martii. Laus deo omnipotenti.* libro mihi Berolinum transmisso quantum utile uidebatur excerpsi.

26. Monacensis latinus 22105 (olim Wessofontanus 105) membranaceus formae maximae s. XVI scriptus constat 251 foliis continetque praeter minora Freculfi Lixouiensis chronica, Iosephi contra Apionem libros II, chronicon ab anno 315 usque ad annum 1475 et libellum de Guelfis (cf. Catal. codd. mss. biblioth. regiae Monacensis t. IV part. IV p. 25). librum Berolinum transmissum quantum opus fuit excerpsi. ceterum et Dresdensis et Monacensis textum libelli nostri praebent lacunosum. —

Libris manuscriptis enarratis nunc statim subicio editiones, quotquot saeculis XV° et XVI° uulgatae libros contra Apio-

nem exhibent nequedum Graeci exemplaris uestigia produnt. satis uero esse uidetur eos breuiter significasse lectoremque monuisse pleniora a S. F. W. Hoffmanno in lexici Graecorum litteraturae bibliographici editione altera (Lips. 1839) II p. 445—449 dari. atque editio quidem princeps librorum contra Apionem Veronae anno 1480 in lucem emissa bellum Iudaicum et libros de uetustate Iudaeorum tantummodo, reliqui uero omnia opera Flauiana continent, quae uero in codice Laurentiano LXVI, 2 deficere dixi etiam ab editionibus omnibus absunt. sunt igitur hae:

1. anni 1480 Veronae per magistrum Petrum Maufer Gallicum, 2. anni 1481 Venetiis per Raynaldum de Nouiomago, 3. anni 1486 Venetiis per Iohannem Vercellensem, 4. anni 1499 Venetiis per Albertinum Vercellensem expensis domini Octauiani Scoti et fratris eius, 5. anni 1502 Venetiis per Bernardinum Vercellensem sumtibus Andreae Asulani, 6. anni 1510 Venetiis per Gregorium de Gregoriis, 7. anni 1511 Parisiis per Nicolaum de Pratis expensis Ponceti Probi (uulgariter Le Preux) uniuersitatis Parisiacae bibliopolae iurati, 8. anni 1513—1514 Mediolani per Alexandrum Minutianum Ludouico Hornkid suadente, 9. anni 1513—14 Parisiis in uico diui Iacobi sub intersignio S^{ti} Claudii studio Roberti Goullet, typis Ioannis Barbier, impensis Francisci Regnault et Ioannis Petit librariorum, 10. anni 1519 Parisiis in uico diui Iacobi sub intersignio lilii aurei studio Roberti Goullet per Antonium Bonnemere, impensis Iohannis Petit et Francisci Regnault bibliopolarum, 11. anni 1524 calendis Februariis apud Sanctam Vbiorum Agrippinam in aedibus Eucharii Ceruicornii impendio Godofredi Hittorpii ciuis Coloniensis, 12. anni 1524 mense septembri Basileae apud Ioannem Frobenium impressa.

Postea Sigmundus Gelenius textum non solum ex codicum Graecorum collatione castigauit, sed etiam sermonem Latinum elegantiorem reddere studens suo arbitrio multa mutauit, quae qualia fuerint facile ex notis meis ad libri secundi §§ 52—113 datis cognosces. per illa enim capita cum Graeci

libri deficerent, uiri docti, qui Iosephi opera graece ediderunt, omnes Gelenii textum latinum inseruerunt praeter Niesium et Naberum, qui partim Niesium exscripsit, partim Gelenium uel potius Bekkerum secutus est. usus sum Gelenii editione Parisiaca anni 1535.

§ 2. De libris manuscriptis recensendis.

Commode in tanto librorum numero factum est, ut magna eorum pars, inter quos uetustissimum esse dixi Laurentianum LXVI, 2, eandem sit mutilationem passa. qua ex re colligitur illos codices praeterque eos editiones ad unum idemque archetypum redire omnes. quod utrum re uera fuerit ipse ille liber Laurentianus aetate praestans an antiquior codex hodie deperditus mox mihi quaerendum est, nunc uero uno obtutu lacunosos conspici uolo. sunt autem hi:

Laurentianus LXVI, 2 (s. XI^{i}) L notatus, Vaticanus Ottobonianus 84 (s. XIII—XIV^{i}), Laurentianus Leopoldinus Faesulanus 164 (s. XV^{i} ineuntis), Venetus Marcianus X, 63 (s. XV^{i} ineuntis), Vaticanus Palatinus 815 (1414—1439), Dresdensis D (1438), Laurentianus LXVI, 3 (s. XV^{i}), Laurenianus LXVI, 7 (s. XV.), Laurent. S. Crucis XIX, 1 Cr (s. XII^{i}), Florentinus S. Marcianus 385 M (s. XII^{i}), Vaticanus 1990 (s. XV^{i}), Cheltenhamensis 9401 (s. XV^{i}), Malatestianus XI, 2 (1452), Laurentianus S. Crucis XIX, 4 (1455), Chigianus (1456), Harleianus 3699 (1478), Taurinensis (post 1481), Monacensis Mo (post 1502).

At si singulorum codicum uarias lectiones spectauerimus, hos lacunosos libros cum parte reliquorum optime concordare facile obseruabimus. duae enim classes discernendae sunt, quarum alteri praeter lacunosos et editiones (e) adnumerandi sunt hi quattuor: Bodleianus B (anni 1145), Parisinus 5049 R (s. XV^{i}), Harleianus 4962 H (s. XV^{i}), Marcianus X, 60 V (1468), alteri uero tantummodo quattuor hi: Cheltenhamensis 12311 C (s. XIII^{i}), Parisinus 1615 P (s. XIV^{i}), Parisinus 5054 Francisci Petrarcae Pa (s. XIV^{i}), Corsinianus Co (s. XVI^{i}). testantur horum codicum aut dissensum aut consen-

sum innumeri fere loci, ex quibus potissimos nunc quidem ita sub oculos ponam, ut lectiones codicum LBRe, per capita uero nunc primum a me uulgata codicum BRV siglo I, contra eas codicum CPCo (et per capita dicta Pa) numero II comprehendam atque insuper, ubicumque usui est, Graeca uerba uerbis in textu constitutis addam:

5, 5 *desino enim nos*] I, *desino* II, ἐῶ γὰρ νῦν ἡμᾶς; 6, 20 *an quis non . . . discat*] *a quis non . . . discant* I, *a quibus non . . . discant* II, ἤ τίς οὐ . . . ἂν μάθοι; 14, 13 *habitatoribus*] I. *habitatores* II; 19, 16 *reges pastores*] I, *reges et pastores* II, βασιλεῖς ποιμένες; 24, 10 *Iromus*] I (nisi quod *Ironius* Re habent), *iram* uel *yram* II, εἴρωμος, et sic solent semper hoc in nomine inter se dissentire; 26, 14 *destruensque antiquiora templa fanum aedificauit*] I, *destruensque fana templorum antiquiora phanum haedificauit* II, καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ ναὸν ᾠκοδόμησε; 27, 1 *fecit erectionem*] II, *fecit erectiorem* I, ἔγερσιν ἐποιήσατο; 38, 1 *Phoenissam*] *poenissimam* I *pleniss·mam* II Φοίνισσαν; 40, 8 *Iudaei uiri*] *iudaei uero* I, *iudaei* II, τοῦ Ἰουδαίου ἀνδρός; 40, 17 *Gazam*] II, *gaium* I, Γάζαν cf. 41, 9; 43, 3 *post mortem Alexandri*] II, *morte Alexandri* I, μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον; 45, 2 et 4 *sustinerent*] I, *subsisterent* II, προςμένουσι; 47, 3 *confugiant*] I, *confingant* II, φυγεῖν; 54, 10 *multo opere*] I, *multo tempore* II, πολυχειρίᾳ; 58, 3 *dii? irascuntur*] II, *dum irascuntur* II; 58, 10 *purgare*] II, *pugnare* I, καθᾶραι; 80, 20 *se mirari*] II, *seminari* I, τὸ δὲ δὴ θαυμάζειν; 86, 2 *et se sequi coegit*] II, *et esse qui coegit* I; 86, 3 *salutem*] II, *saltem* I; 87, 9 *cum genus utique nostrorum unum itaque idem*] I, *cum genus utique nostrum uestrumque idem* II; 87, 16 *culpat ubique*] I, *culpatuque* (*culparique* e) II: 90, 21 *Strabon*] I, *strapadon* II; 97, 5 *fecisse*] II, *fuisse* I; 101, 11 *tenuimus*] II, *genuimus* (*gessimus R*) I; 136, 11 *itaque*] I, *ita* II fortasse recte; 141, 3 *secedere*] II, *recedere* I.

Ex capitibus uero, in quibus deficiunt lacunosi, haec affero: 63, 3 *in ultimo proelio*] II, *in uno proelio* I, ἐν τῇ τελευταίᾳ μάχῃ; 66 12 *quinquaginta et ducenta*] II, *quinquaginta tre-*

centa (*trecenta* om. V) I, πέντε πρὸς ταῖς εἴκοσι μυριάδας: 69, 5 *in deserti loca*] I, *in desertis locis* II; 70, 8 *sed et ait*] II, *sequitur et ait* I; 77, 12 *quis enim non aut derideat*] I, *quis enim non audeat deridere* II, οὐκ ἂν οὖν τις ἢ καταγελάσειε; 78, 5 *sabbatum*] II, *sabbata* I, σάββατον.

Cum utriusque classis codices inter se non semper consonent, ab alterius tamen classis libris apertissime secedant, exempli gratia nonnullos addo locos sic comparatos: 7, 5 *me potioribus*] BR, *ne potioribus* L cum suis, *potioribus* II; 9, 1 *aestimarent*] I, *extimarent* CP, *existimarent* Co; 11, 4 *descriptione*] II, *discreptione* L, *discerptione* B, *discreptione* CrM, *discrepatione* R, *discretione* C; 19, 16 *secundum sacrarum linguam litterarum*] II, *secundum sacrarum linguarum* (*sacrarum* 1 m. B in marg. add.) LCrB *secundum interpretationem sacrarum linguarum* R; 23, 3 *rebellabat fratri . is uero*] R *rebellabat fratrus uero* LBCrM, *rebellabat frater uero* CP *rebellabat fratri. frater uero* Co; 32, 1 *archiuis*] *archibis* I, *archiberus* C *archib'us* P *archibero* Co; 48, 1 *alio*] I, *alteri* CCo *alii* P; 65, 15 *secutum esse*] *secut⁹ se* B *secutos se* RV, *secuturum se* II; 79, 15 *socios nos suae nequitiae*] I, *socios nos suos suae nequitiae* CCo *socios suos suae nequitiae* Pa *socios suae nequitiae* P.

Si quis uero desiderabit plura exempla, facili negotio quauis in pagina apparatus mei reperiet, uelut 6, 1 *usus* 6, 9 *hi* 6, 11 *Helladium* 7, 18 *Thucydides tamquam* 9, 8 *hi uero* 9, 12 *propriis* et quae sequuntur fere ducenta. certissime igitur duas in classes colligitur secernendam esse librorum manu scriptorum multitudinem. utri uero fidem debemus maiorem? saepissime enim non solum primam, sed etiam alteram codicum classem sanas nobis suppeditare lectiones certa ratione ex textu Graeco efficitur idque solum moneri potest classem primam in priore libro, alteram in altero paulo saepius uera exhibere. attamen si paulo accuratius corruptelas ponderauerimus, satis euidenter apparebit primae classis lectiones, si a uero aberrant, plerumque intellegi omnino non posse, alterius uero imputari posse librario haud indocto, qui quae non intellexit

emendare studuerit. quae optime loco illustrantur iam supra indicato 6, 21 *an quis non ab ipsis conscriptoribus facillime discat,* ubi archetypi librarius errans pro *an quis* uel *ā quis* sine ullo dubio *aquis* scripserat plane inepte. quod cum ad classem primam librorum sit propagatum, alterius classis archetypi librarius callide *aquis* in *a quibus* mutato latinitatem sibi uisus est restituisse. porro legitur 12, 7 *qui Graecorum aliquid tale perpessus est?* recte dixeris extare apud classem secundam *quis Graecorum,* dubitabis tamen, immo negabis, si codicem Graecum Λ non ὁ τίς, sed ὅστις exhibere animaduerteris. similiter res se habet p. 19, 16, ubi CP facili errore *et* inter uoces *reges pastores* interposuerunt. non minus idem, quae in suo exemplari inuenerat, corrigere uolebat, cum 38, 1 *poenissimam* in *plenissimam,* 41, 17 *decatas* in *decadas,* 40, 8 *narrant* archetypi in *narrauit,* 45, 2 et 4 *sustinerent* in *subsisterent,* 74, 9 *alio* in *alios* mutaret. si qua uero parum intellexit, ea hic illic omisit uelut illud *me* 7, 5 ante *potioribus* positum uel illud *uero* 40, 8, quod pro *uiri* inepte archetypum dedisse ueri est simile. nomina denique rariora cum uulgatis permutauit, uelut pro *Euemerus* posuit *Omerus* p. 48, 8, pro *Iromus* ex Vulgata *Iram* (p. 24, 10. 25, 7. 12. 15. 26, 2. 8. 35, 5 e. q. s.), pro *Thumnosis* 20, 16 formam *Themusis* saepius usitatam restituit. neque desunt, ut res fert, ubi aut calamo aut oculis librarius lapsus sit, ut p. 9, 8 *hinc* 38, 6 *asaltus* 90, 21 *strapadon,* sed rarius acciderunt. econtra huiusmodi errores primae classi sunt proprii uelut 5, 16 *et cadmos edidicisse,* 10, 13 *urbe* (pro *orbe*), 49, 6 *mens qui* (pro *eos qui*) 58, 3 *dum* (pro *dii*), et alia supra memorata, studium uero corrigendi rarius deprehenditur, nisi neglegentiae potius tribuere malimus p. 13, 17 quod in I legimus *reprimens,* 24, 14 *in monte,* 28, 5 *integerrime,* 49, 7 *quaedam.* atque uersus finem libelli archetypi primae classis auctor taedio laboris plura quam in opusculi principio commisisse uidetur uitia. qui etsi librarius in describendo per neglegentiam et nimiam festinationem saepe in errores incidit, tamen multo magis lectionibus alterius classis est diffidendum

utpote a librario quodam idoneo et corrigendi studioso oriundis. caueas tamen, ne quae dixi de archetypis classium singulis codicum librariis tribuas, de quibus infra disputaturus sum.

§ 3. De archetypo codicum.

Classes igitur librorum duae etiamsi multis locis inter se differant modo hic modo illic uel sanam scripturam uel corruptam nobis seruantes, paene crebriores sunt in lectionibus corruptissimis consone traditis. redeunt ergo exemplaria omnia ad archetypum unicum erroribus inquinatum grauissimis, ut interdum uel ex Graecis exemplaribus medelam frustra speraueris. atque primum quidem omnibus in libris perplurimis locis tali modo hiat oratio, ut soli librarii codicis archetypi neglegentiae et incuriae culpa tribui possit. sic p. 132, 6 ex uoce *utroque*, quae nunc non habet quo referas, non solum de peregrinorum expulsione sed etiam de Lacedaemoniis a peregrinando prohibitis modo ab interprete dictum fuisse constat. simili modo p. 27, 1 *Herculis* ***. p. 37, 1 *quod* *** *interpretatur,* p. 53, 12 *his* (non *ab his* legitur) *itaque* *** *rogatus*, p. 56, 1 p. 57, 1, 104, 8, nisi quaedam excidisse statueremus, quae hodie in membranis extant neque intellegi neque emendari possent. aliis uero locis uelut p. 21, 23 22, 6 dubitari potest, utrum librarius an potius ipse interpres culpandus sit quae in Graecis leguntur homoeoteleutis falsus transsiluisse, aliis denique locis, cum Graeca deficiant iudicium facere non licet cf. p. 94, 5 94, 11. sufficiunt tamen ad demonstrandum omnium codicum fontem unicum exempla modo prolata. accedunt uero innumeri fere loci, nam fere trecenties testimonium archetypi improbaui, qui eadem in omnibus libris corruptela laborant. sic p. 138, 16 ab omnibus testibus, de De taceo, traduntur haec: *his quae discuntur amerus ultra recessauit*, quae nullo modo opinor, nisi Graeca haberemus, sanari potuissent. ex quibus sic decurrentibus τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις οὐκ ἀπιστήσει certo uera restituisse mihi uideor haec: *his*

quae dicuntur a me resultare cessabit; dissecuit igitur uerba in fonte suo artissime cohaerentia haud recte librarius, qui quidem, cum omnes libros idem error irrepserit, archetypi auctor habendus est. p. 42, 16 *ad ciuitatem* omnes proferunt libri, unde *adicit autem* ex Graecis *καὶ προςεπιτίθησι* facili negotio restitues. simili modo uerba continue scripta parum recte a librario his locis dissecta sunt: 29, 9 *sicuti Moses*] *sicuti mos est;* 53, 11 *proinde is*] *pro iudeis*; 94, 2 *quantauis sit*] *quanta iussit;* 101, 6 *subdidere gentes*] *subdiue regentes;* 120, 14 *prodi tamen secreta*] *prodita mens arata;* 121, 6 *habenda sapuerit*] *habendas habuerit.* aliis locis litteras uel uoces inter se transposuit archetypi librarius uelut p. 99, 10 *Polycrates*] *pilocratis;* 108, 13 *a Mino*] *animo;* 130, 8 *in dei naturam et formam*] *et formam in dei naturam*, uel similes uoces inter se uel rariores cum usitatis permutauit, ut p. 43, 8 *iugera*] *integra;* 130, 12 *auersatorios*] *aduersatorios;* 98, 18 19 *fauturos*] *facturos;* 111, 14 *diaeta*] *dicta;* 134, 11 *ignitum*] *ignotum;* 129, 14 *fato constrictos*] *factos conscriptos;* 45, 13 *Hecataei*] *et ad eius.* alia deinde menda ex erroribus ut ita dicam syntacticis uel somnolentia librarii profecta esse habenda sunt, si exempli gratia 40, 8 *iudaei* cum *narrans* cogitatione iungens hoc in *narrant* mutauit, uel p. 76, 5 *prioribus suis* pro *prioribus sui* scripsit. alibi uerbis parum recte copulatis casus sententiae auctoris contrarios posuit uelut p. 115, 6 *sacerdotum;* 77, 13 *inpudentis;* 74, 17 *templo;* 129, 18 *constricti.* saepe neglegenter singulas litteras iterauit, uel geminarum alteram omisit. legimus enim p. 57, 14 omnibus in libris *quia apud* pro *qui apud*, 126, 11 *singulis solummodo* pro *singuli solummodo* et paulo postea *tantis sed* pro *tanti sed,* contra 130, 10 *ciuitate sacrificare* pro *ciuitates sacrificare,* 60, 7 *si uerisimilitudine* pro *sine uerisimilitudine,* 136, 16 *quidem num* pro *quidem damnum,* 101, 1 *fustibus* (ex *sustibus* ortum) pro *sustinentibus,* 141, 7 *discipuli uero* pro *discipuli si uero,* 62, 17 *et quia palam est quia* pro *et palam est quia.*

Eiusdem fere est neglegentiae si uocem modo dictam alia

ne simili quidem omissa mox reponit, sicut p. 103, 18 fecit, ubi bis posuit *permanere*, uel p. 138, 4, ubi *ciuitas* pro *pietas* rescripsi; nam hoc ex praecedente *pietate* ortum arbitror. bene igitur eodem errore Niesius p. 87, 1 accidisse iudicat, ut alterum *custodiae* loco *prouinciae* uocis in textum irreperet. et ego ab hac librarii consuetudine progressus p. 138, 8 *obseruare* libris traditum et 138, 13 *obseruationis* emendare conatus sum. priore enim loco cum confidam *obseruare* ex *obseruatio est* (*obseruāoē*) esse corruptum, hanc *obseruationis* uocem alteram *oblectationis* de loco mouisse conicio. alia archetypi menda non tam librarii erroribus quam malae pronuntiandi uel scribendi rationi saeculo sexto usitatae debentur. sic *b* et *u*, deinde *e* et *i* atque *o* et *u* saepissime inter se commutantur et *m* et *n* parum recte adduntur uel omittuntur. conferas 116, 16 *sacrificauit* et *iudicauit* pro futuris, p. 93, 13 *debita* pro *de uita*, 32, 11 *archibis* pro *archiuis*[1]) posita, p. 87, 18 *apiones*, p. 88, 18 *honoris*, 90, 18 *hostes*, 91, 1 *timagenis*,[2]) 96, 15 *piissimus*, 67, 2 *ingressus*.

Restat denique corruptelarum genus ex litteris perperam lectis enatarum. ita *s* et *r* confunduntur p. 49, 16 *uerborum*] *uerbosam*, 124, 3 *sectam*] *rectam*, deinde *s* et *f* : p. 123, 3 *fit*] *sit*, 96, 15 *Mnaseam*] *innafeam*, 136, 5 *despectu*] *deffectu*, *y* et *s* : p. 19, 15. 16 *yc*, *ycsos*] *se*, *sesos*, *s* et *t* p. 23, 1 *posuit*] *potuit*, denique *r* et *g*: 68, 18 *maris*] *magis*. littera imprimis *a* difficilis lectu fuisse uidetur, quae aut omissa est ab archetypi librario (cf. p. 43, 9 *iude* 51, 20 97, 2 *quia*] *qui*, 81, 7 *in alia Ionia*] *in licaonia*) aut cum *u* confusa (cf. 105, 13 *positurus sum*] *positura sum*, 132, 1 *alium*] *ullum*), eadem ponitur pro *e* uelut p. 40, 1 *gr*[*a*]*ecissimus*] *gratissimus*, 120, 14 *prodi tamen secreta*] *prodita mens arata*. porro miscentur *u m n*, uelut 96, 15 *Mnaseam*] *innafeam*, 119, 2 *necatrix*] *moechatrix* (*mecatrix*), 98, 6 *muros*] *uiros*, *ct* et *st* : 6, 18 *fastu*] *factu*, *r* et *n* : 42, 9

[1]) sic etiam *habitantia* ex *habitauilia* ortum esse puto p. 69, 11 et *beneque* ex *ueneque* errore pro *ne neque* scripto.

[2]) fere ubique terminatio nominatiui *-es* in *-is* abiit, ut dubitare possis, tribuendumne sit interpreti ipsi.

repurgare] *repugnare*, 129, 3 *super artes*] *superantes*, *li* et *b*: p. 19, 1 *bubastitis*] *buliastitis*, *u* et *ec*: 52, 19 et 97, 5 *fuisse* et *fecisse*. in aliis denique compendia scripturae librarium fefellerunt; animaduertas ergo, ne de *m* in casibus uel addito uel omisso dicam, haec exempla: p. 84, 3 *praesens*] *praeses* 133, 14 *significasse*] *significans se*, 99, 18 *non seruire*] *nos seruire*, deinde p. 64, 12, 138, 4 *non*] *nomen* (*nom̄*), 45, 5 *ergo* pro *uero*, 35, 14 *praemissa*] *promissa*. 132, 7, 137, 4 *ut* uel *ub* pro *uel* (*ul̄*), 9, 15 *philosophabantur*] *philosophabant*, 140, 14 *segnitiem*] *segnitia est*, 19, 7 *exercitaret*] *excitaret*, 5, 1 *cognouerit*] *cognoui et* et fortasse p. 47, 3 *homines*] *hoc*.

Perplurimis his maculis cum omnes libri pariter sint inquinati, quale archetypum fuerit, iam satis superque perspicies, quod quidem, si ad scripturae genus spectamus, ne uetustum quidem fuisse uidetur. maiuscularum enim quae dicuntur litterarum ex corruptelis illis nec uola nec uestigium deprehenditur, et licet litterae *s* et *r*, *y* et *s*, *u* et *a*, *e* et *a* permutatae et *a* omissa sexti uel septimi saeculi scripturam quam dicunt cursiuam, qua celeberrimum illum Iosephi codicem papyraceum Ambrosianum exaratum habemus, prodere uideantur, alia uitia, *r* et *n*, *u* et *ec*, *ct* et *st* confusa maximeque usus compendiorum haud rarus, aetatis Carolinae scripturae testes esse possunt. quare archetypum omnium qui supersunt librorum nono uel decimo saeculo tribuere non dubito. quo efficitur archetypa utriusque codicum classis eiusdem uel paulo recentioris aetatis fuisse. quod re ipsa probabitur, si corruptelas considerauerimus has: p. 23, 3 *fratri . is* in *fratrus*, 80, 20 *se mirari* in *seminari*, 2, 9 *iudicati* in *iudicamu*, deinde in *iudicandi*, 31, 5 *quoque* in *quaeque*, 58, 3 *dii* in *dū*, 87, 16 *culpat ubique* in *culpatuque*, 29, 7 *hominibus* in *omnibus* apud codices primae classis abiit neque aliter secundae classis codices 38, 5 pro *solimi solū*, 9, 13 pro *quoniam uero quando uero* et *q̄* 63, 10 pro *ꝗ* scripserunt.

Veri igitur mihi simile uidetur esse archetypum librorum contra Apionem duorum decimo saeculo uel nono exaratum ex codice uetustiore saeculi fere septimi cursiuis litteris descriptum esse.

§ 4. De singulis primae classis codicibus.

Postquam demonstraui unum fuisse omnium codicum archetypum, ex hoc uero duas esse librorum classes deriuatas atque alterius quidem archetypum ab librario ut satis neglegente ita emendandi non studioso descriptum, alterius uero accuratius quidem confectum, sed curis librarii doctioris saepius deprauatum quam emendatum esse exposui, nunc iam quaestio proponitur, quae inter singulos utriusque classis libros intercedat ratio, quibusque codicibus maxima fides sit habenda. atque iam supra dixi codicem uetustissimum Laurentianum LXVI 2 (L) cum multis recentioribus esse lacunosum. illone igitur ex libro recentiores originem suam traxerunt? at codicem L una quidem saeculi XI manus scripsit, complures uero manus correctrices textum prima manu scriptum emendarunt uel potius emendare studuerunt. atque Aeneas Silvius Piccolomini duas quidem, Aemilius uero Kroymann tres, Guido denique Biagi quattuor manus distinxerunt, quos secutus siglo L^1 correctiones significaui, quae ab ipso codicis librario, siglo L^2 eas, quae manu librario aequali saeculi XI^{mi}, L^3 eas, quae iudice Kroymanno manu saeculi XII^{i} uel XIII^{i}, L^4 denique eas, quae teste Biagio saeculo demum XV° uel XVI° textui insertae uel superscriptae sunt. porro id notandum est, quod L^1 et L^4 satis pauca dederunt, L^2 uero, quam Kroymannus ab ipsius librarii manu certissime diuersam ait, id quod Piccolominio aliter uidebatur, emendatoris esse uidetur, qui librum recens confectum maximam partem ex codice, rarius de suo ingenio correxit, L^3 denique econtra hominis docti, qui ope codicum destitutus quae eum offenderunt semper quantum potuit ipse emendare conatus nonnumquam uera inuenit, multo saepius uero ueritate frustratus est. is litteris corrigendis correctiones superponere eisque siglum $\underset{\cdot}{\dot{c}}$ i. e. *corrigas* praemittere solet, uelut p. 10, 13 $\overset{\underset{\cdot}{\dot{c}}\,o}{\textit{urbe}}$ legimus, quo indicatur L^3 *urbe* in *orbe* corrigi uoluisse. quoniam uero hanc manum, qua nititur codicum distributio, accurate Piccolominius enotauit, nihil mihi curae esse poterat, si L^1 et L^2 aequales confudit.

Codex enim Laurentianus S. Crucis XIX 1 (Cr), si minus ex L ipso, at certe ex eius apographo aliquo propterea prouenisse est iudicandus, quod manum L^3 correctricem fere semper expressit. quam ob rem cum non opus esset praeter L etiam Cr codicis lectiones in apparatu critico adnotare, satis habui si qua de causa utile uidebatur scripturam eius subscripsisse, nunc tamen addo, quibus eum ab L pendere paucis demonstrem. quod p. 10, 13 recte correxit L^3 *orbe* Cr quoque exhibuit, non minus tamen ea descripsit, quae L^3 prorsus a uero aberrans mutauit. conferatur exempli gratia haec uaria lectio: p. 90, 3 *depalatum*] L, $\overset{\text{s c popu}}{\textit{depalatum}}$ L^3, *depopulatum* Cr, uel p. 91, 15 *gurdissimus*] L $\overset{\text{s}}{\textit{gurdissimus}}$ L^3 *surdissimus* Cr, p. 116, 9 *eumque placare*] *eumque placere* L, *c eique placere* in margine apposuit L^3, *eique placere* Cr. quae exempla cum satis quae dixi probent, inutile est plura congerere. gemellus autem fere codicis Cr est codex Florentinus S. Marcianus 385 (M), quem pariter in apparatu silentio praeterii. eadem enim uterque omittit (p. 10, 25 *his autem—sunt* om. Cr M, p. 28, 8 *quinque et mensium* om. Cr M) easdemque corruptelas tradit (uelut p. 20, 11 *in locum*] *in oleum*, 11, 4 *descriptione*] *discreptione*, 7, 6 *Hellanicus*] *hellanufus*, 23, 1 *reginam*] *regnum* et multa alia). at neuter ex altero fluxisse credi potest: M enim pluribus mendis laborat, Cr uero teste Paolio recentior est; ergo tertius quidam codex inter L^3 et MCr intercessisse uidetur.

Reliquorum codicum lacunosorum quamquam paucissima specimina praesto sunt, tamen sufficiunt, ut codices quoque Cheltenhamensem 9401, Harleianum 3699, Laurent. LXVI 3 et 7, Laur. S. Crucianum XIX 4, Laur. Leopold. Faesulanum 164 eis adnumeremus, qui a L^3 pendent. in Cr enim nomen Aegyptiacum *Miframthusis* in *mifrdanthusis* corruptum apud Cheltenhamensem legitur *msrdanthusis*, apud M et Harleianum 3699 *mysidanthusis*. p. 71, 5 uero omnes hi consoni a Dresdensi libro aliisque et ab editione principe discedunt *a templi*

expoliatione scribentes, contra *a templorum expoliatione* (uel *spoliatione*) reliqui recte cum L proferunt, dico Vaticanum Ottobonianum 84, Venetum Marcianum X 63, Vatican. Palatinum 815, Dresdensem, Malatestianum, editionem denique principem anni 1480 (e).

Qui codices quoniam cum L lacunas communes habent non solum illas ampliores sed etiam breuiores, liberi uero sunt a L^3 et Cr librorum maculis[1]), ex ipso L fluxisse manifesti sunt. qua uero ratione alius ab alio pendeant, speciminibus idoneis destitutus neque exponere possum neque ullo modo ad interpretis textum constituendum utile duco.

De uno Dresdensi pauca addam. hunc enim librum nisi fallor uel exemplar ex eo descriptum editionis principis fontem fuisse iudico. non solum enim saepius eadem omittunt eademque corrumpunt, sed multis locis e lectiones in D manu correctrice cum eadem quae textum scripsit tum altera non multum recentiore scriptas exhibet. uelut p. 8, 18 *secunda—ponenda est*, 9, 13 *apud*, 61, 6—7 *quod ait—consensit* aliaque De omittunt, p. 4, 1 *mendacium quasi nostrum sit genus*, 7, 6 *agesilao*, 6, 20 *de antiquis*, 59, 1 *degere*[2]), 73, 9 *si tum*, 136, 8 *afficerent* alia similia tradunt. correctiones uero has uideas exempli gratia ab e propagatas: p. 4, 14 *siluerunt*] 1 m. D, *uoluerunt o* superscripto correxit D^1, *ueluerunt* e; 4, 20 *uanas*] D, $\overset{ri}{\textit{uanas}}$ D^2, *uarias* e; 4, 22 *heri uel*] *herilis* D in *herius* correxit, *herius* e; 57, 15 *cocodrillos* in *crocodilos* correxit D^1, hoc recepit e, 11, 22 *adicere*] D, in *addicere* mutatum expressit e. ipsa uero editio princeps alia addidit uitia uelut p. 71, 14 *otiosum*, 72, 1 *imprudenter*. quantum igitur ex iis, quae habeo, perspicere licet, e ex codice D fluxisse uidetur. ex e uero omnes editiones, quas supra enumeraui, deriuatae

[1]) cf. p. 59, 11 *uenisse cum*] *uetus secum* LDe *uocatus secum* Cr, et quae omiserunt Cr (et M) p. 28, 8; 59, 4 (*nisi—uidebantur*) apud De et reliquos eiusdem generis extant.

[2]) moneo breuiter perfecti pluralis tertiam personam apud De semper in-*ere* non in-*erunt* terminari.

sunt et ita quidem, ut ex e editio anni 1481, ex hac Veneta anni 1486, ex hac uero ea anni 1499 et Parisina anni 1511 denuo typis expressae sint. Venetam deinde anni 1499 sequuntur et editio Veneta anni 1502 et Mediolanensis anni 1513. eodem uero modo, quo editio anni 1502 totidem paginas seruauit, quot Veneta anni 1499 dederat, sic Veneta quoque anni 1510 priorem anni 1502 accuratissime expressit. quam ob rem dubium est, utrum Robertus Goullet cum editionem Parisinam anni 1514 adornaret et anno 1519 repeteret, Veneta anni 1502[1]) an anni 1510 usus sit. omnes denique editiones antea emissas imprimis Goulleti et Mediolanensem Ioh. Sobius, quem Godofredus Hittorpius bibliopola Coloniensis Philippo Melanchthone consilium laudante[2]) editionem anni 1524 parare iussit, in suum usum uocauit textumque ut potuit emendauit, hunc uero, quantum quidem ad libros contra Apionem attinet, satis impudenter Ioannes Frobenius Basileensis (f) descripsit. longum cum sit haec quae dixi accuratius demonstrare, pauca affero: p. 4, 1 praebet *mendacium quasi nostrum sit* e, *quasi* uero omittunt 1481 et cum ea recentiores omnes; p. 14, 7 *belli*] e *pelli* 1481—1499 et 1511, *belli* 1502 1510 1514 sqq.; 108, 14 *Delphicam* cum libris mss. e et 1481, *Delphicum* 1486 et posteriores; 96, 16 *rettulisse* 1480—1486, *retulisse* 1499—1524; 96, 15 *deridet*] e — 1499, *dederit* errore typographico 1502 et eam secutae 1510 1514 1519; 97, 2 *quia eis*] *quis enim* 1502 1510 1514 1519; 16, 10 *fama peruenire* inseruerunt eaedem; p. 9, 10 *cedere*] *credere* 1513 1524 f; 13, 11 *exposcerem*] *non expauescerem* 1513 1524 f; 16, 10 *uenire notitia* ins. 1524 f; 13, 17 *reprimens* 1524 f; 96, 16 *suae Mnaseam*] *inna facta* e—1519, *inania facta* 1524 f.

[1]) editio anni 1502 cum tunc demum in meam notitiam uenerit, cum textum iam typis mandassem, monendum est, eam in apparatu locum editionis anni 1510 tenere debere.

[2]) epistola Melanchthonis ad Hittorpium adhortatoria et teste Nicolao Müller adhuc ignota in editione Parisina anni 1511 exemplaris bibliothecae Monacensis (Auct. gr. b. 746) manu scripta inuenitur.

Non prorsus inanis est haec editionum collatio. de codicibus enim, quos adhuc silentio praeterii, ex ea licet iudicium ferre. primum enim cum liber Taurinensis in omnibus quidem cum e concinat, loco uero supra laudato p. 4, 1 cum editione 1481 et posterioribus *quasi* omittat. non ex ipsa editione principe, id quod satis recte F. Carta Taurinensis in epistola ad me data suspicatus est, sed ex Veneta anni 1481 uel 1486 fluxisse statuendus est. deinde codex Monacensis ex editione demum anni 1502 uel 1510 est descriptus. propagat enim illum errorem typographicum p. 96, 15 *dederit* (pro *deridet*), illud *quis enim* (pro 97, 2 *quia eis*) et p. 57, 5 *eo quot* (sic 1502 et 1510 *eoq*, recte 1514) et p. 4, 22 *heri* pro *heri uel* (*herius* De *uerius* 1513 1524 f). de codice igitur L eiusque propagine iam satis exposuimus.

Iam conuerto me ad codicem Bodleianum Canonicianum 148 (B) anno 1145 scriptum. qui ut a codice L lacunoso plenum textum praebens uehementer differt, ita, si uariam lectionem spectas, simillimus illi est, ut facile suspiceris Bodleianum saeculi XII ex Laurentiano saec. XI esse descriptum, lacunas uero alio ex fonte expleuisse. inspicias enim si placet hos locos: 7, 10 *Herodotum*] *Frodotum* L *Trodotum* B; 16, 8 *Herodotus*] *lorodotus* LB; 29, 4 *Berosus*] *berodotus* LB; 11, 6 *a deo*] *ad eo* LB; 31, 18 *longissimum*] *legissimum* L, *lēgissimum* B; 91, 8 *trocodillis* LB; 108, 12 *floriantur* LB; 136, 10 *amplicarent* LB et multa alia[1]). atque etiam in rebus orthographicis saepissime iisdem locis consonant uelut p. 25, 7 *horientales*, 26, 5 *his*, 31, 8 *uerumptamen*, 101, 9 *machedonibus*, 11, 10 *ammittitur*, 41, 9 *ptolom̄s* etc. quid? quod etiam ea quae correxit L^1 et L^2 suscepisse uidetur B. appono ex apparatu critico haec: 4, 9 *iudicati*] *iudicamu* L, *iudicandi* L^2B; 4, 11 *conuictos*] *conuinct*^{a}*os* (s. L^2) L, *conuincta* B; 4, 22 *heri*] ex *here* corr. L^2, *heri* B; 8, 19 *ad conscribendum*] *ad prae con*^{scribendum} *spo crinendum* (s. L^2) L, *ad praescribendum* B; 13, 20

[1]) cf. quae attuli p. XXVII sq.

derogare] *derogaui* (s. L²) L, *derogare* B; 14, 16 *faciens*] *facient* L *faciunt* L¹, *faciunt* B; 15, 4 *alterutris*] *alterutros* (s. L²) L, *alterutris* B; 24, 9 *Carchedonam*] *carthago carchedona* (s. L²) L, *carthaginem carchedonam* B[1]); 38, 2 *amplissima est*] *amplissimus* (s. L²) L, *amplisima est* B et alia, denique quod grauissimum uidetur esse exemplum: 42, 9 *repurgare*] *repugnare* (s. L²) L, *renouare* B.

Quibus exemplis commotus facile quis affirmauerit Bodleianum ex Laurentiano esse descriptum. quod tamen nullo modo accidisse nunc satis certo opinor demonstrabo. atque primum quidem quae inueniuntur in L lacunae in B frustra quaeruntur. suppleuitne ergo quae deerant in L ex alio codice? ne hoc quidem ueri simile est, quia satis recedit cum a classis secundae libris tum a RVH, quos multo praecellit. extant autem in L non solum amplae illae, quas dixi, lacunae sed etiam breuiores saepiusque desunt uerba singula, quae nihilo minus omnia in B deprehenduntur. ac desunt quidem in L[2]), extant uero in B haec: p. 96, 18 *qui Dorii nominantur quendam eorum* [*qui*; p. 100, 16 *fortissimos*] *alios uero piissimos Graecorum omnes affirmant relinquo etiam reges pietate famosissimos;* p. 134, 9 *deos*] *occiderunt puto autem erat hoc apud eos*; p. 102, 21 *desolaretur*; p. 126, 7 *hoc.* satis multae denique sunt in B lectiones, quae ex ipso L fluxisse uix credendae sunt. p. 7, 5 enim rectissime B exhibet *me potioribus*, L inepte *ne potioribus*; p. 105, 3 *que*... L, *queretur* satis recte B; p. 106, 16 *manibus* L, *moribus* B; 116, 8 *uidente* (s. L³) L *iubente* Cr, *uolente* recte B; 124, 1 *legem* L *gentem* recte B; 54, 8 *sentiens* L *santiens* B. iam uero saepius et in L et in B notas marginales reperimus et uarias lectiones eadem qua textus manu scriptas, uelut ad p. 14, 14

¹) *carthago* glossema in textum intrusum in accusatiui formam muauit librarius.

²) nescio quo errore bis omisi in apparatu L ante e ponendum, legas igitur quaeso ad p. 96, 18: *om. Le*, ad p. 100, 16: *om. L(D)e*.

digressionem in margine adnotantur *al discretionem*, ad p. 25, 14 *discernere*: ·*al disserere*; ad p. 109, 17 *et que ui* utroque in libro additum est siglum *B* quod Carolus Dziatzko harum rerum peritissimus *requiras* esse intellegendum me monuit. quas notas cum eadem quae textum manus scripserit, fieri non potest, ut postea additae sint, sed necessario efficitur codicis Laurentiani librarium eas iam ex exemplari suo descripsisse, Bodleianum uero, cum eadem praebeat, non ex Laurentiano sed e communi fonte petiuisse. accedit enim, quod complures sunt eiusdem generis notae marginales, quas, cum in Bodleiano quidem extent, desiderentur uero in L, ille ex hoc ne potuerat quidem haurire; sic L p. 101, 1 *sustinentibus* nullo spatio uacuo relicto omisit, in B uero hiat non modo spatium sex fere litteris idoneum, sed ipse librarius in margine adiecit *B fustibus;* p. 134, 8 *quendam* LB in textu exhibent, B uero solus in margine supplet: *al quandam*, quae frustra quaeres in L. apparere igitur uidetur primum eodem exemplari, cum Iosephi opera describerent, usos esse Bodleiani et Laurentiani librorum librarios, deinde hoc exemplar iam correctoris manum passum esse, qui corruptelis uel notas adiecerit uel medelam attulerit. quare a uero non aberrabimus, si Bodleianum librarium p. 42, 9 illud *renouare* iam in communi exemplari uersui superpositum inuenisse ponemus, multis aliis uero locis, quibus B meliora tradit, eum exemplar utrique commune non uero correctiones codicis L secutum esse. iam efficitur uero eo, quod paulo post initium libelli L et B quidem uerborum *habuit* et *habitauit* similitudine decepti ille uerba *habuit—habuimus*, hic uero *necnon—habitauit,* quae statim in margine suppleuit prima manus, omiserunt, non solum B ex L non fluxisse, sed eodem libro utrumque usum esse; tertium uero intercessisse librum uetustiorem ueri est dissimillimum, praesertim cum in perplurimis tanta sit congruentia lectionum, quanta in libris diuersis ex fontibus deriuatis non obseruatur.

Ceterum negari non potest B codicis librarium satis doctum fuisse et saepius textum exemplaris sui emendare conatum esse.

Quod certissime p. 46, 7 elucere uidetur his in uerbis: (*Stratonice*) . . . *somnio prohibita ne faceret capta est*, quibus Graeca Στρατονίκη . . . ἐνυπνίῳ κωλύοντι πεισθεῖσα ἐλήφθη satis bene redduntur. nam cum in L traditum sit *somnio prochibita*, in B uero *somnio pro re habita*, in archetypo *prohibita* paululum corruptum extitisse uidetur, quod L quidem cum fide transscripsit, B uero sagacius emendare quidem studuit, sed ueritate frustratus est. simili ratione p. 130, 10 L calami lapsum exemplaris communis *ciuitate* fideliter seruat, B uero *in* inserto corrigere sibi uisus est.

Sequitur iam, cum exemplar commune codicum L et B integrum textum praebuerit primusque L illa capita satis ampla in fine primi inque initio libri secundi omiserit, omnes quos enumeraui lacunosos codices ex ipso L tamquam fonte suo emanasse. optimo ergo iure utpote inutiles ab apparatu critico seclusi. neque in L, ut id quoque moneam, folia exciderunt — textus enim inter duas illas lacunas reliquus uix columnam unam satis explet — sed cum uerteret folium (nunc 269^{num}) librarius a fine columnae alicuius insequentibus praetermissis in quartam fere aberrasse uidetur. accedit quoque quod prior posteriore dimidio fere amplior est lacuna. editionis uero principis lectiones non tam ut textus Flauiani testem haberem, quam ut eis, qui ueteribus Iosephi uersionibus Italicis Gallicis Germanicis operam nauant, utilis essem, in apparatu critico apposui.

Quaeritur iam qua ratione reliqui primae classis libri cum LB cohaereant, Parisinum dico 5049 (R), Venetum Marcianum X 60 (V), Harleianum 4962 (H), quorum R solum totum habeo collatum, ex H ea quae p. 3, 1; 4, 15 et 69, 19—74, 7, ex V denique quae p. 61, 8—71, 15 et 74, 5—80, 19 leguntur accuratius noui. omnes tres igitur per paragraphos illas a p. 69, 19—71, 15 solas inter se conferre licet. quae etsi pauca sunt, tamen sufficienter illos tres codices inter se esse simillimos saepiusque etiam communiter a lectione codicis B recedere docent, inter se uero esse proximos R et H. qua re hos quidem ex uno dixeris fluxisse fonte, hunc autem

et V eodem ex libro deriuatum esse. quae ut perspicias hanc conferas uariam lectionem: 70, 7 *somnium*] V *summum* RH *Ammonem*] V *ammionem* RH; 70, 8 *quatenus responsa peterentur* RHV, *sed*] *sequitur* RHV; 70, 9 *multitudinem*] V *multitudine* RH; 70, 10 *an*] RV *iam* H; 70, 12 *qui populus*] V *qui populi* RH; 70, 12 *genere*] RV om. H; 70, 13 *uocas*] *uocat* RV *uocatur* H; 70, 14 *dicit* RVH; 70, 14 *quomodo rege*] *quo rege* V *correge* RH; 70, 15 *in pelago*] V *intelligo* RH; 70, 15 *submergente*] *subuergerunt* R *submergerunt* HV; 70, 15 *deserti* RH *deserta* V; 71, 2 *omnibus*] RH *omnium* V; 71, 7 *ex*] RH om. V; 71, 10 *numquam*] *nunquam* V *unquam* RH; 71, 10 *aliqua*] RH *alia* V; 71, 12 *malis*] V *malis constituti* RH; 71, 14 *etiam*] om. RHV; 71, 15 *a templorum expoliatione*] RV *ad templorum expoliationem* H; 71, 16 *mutatum*] RV *ciuitatum* H. Harleianum tamen quominus ex ipso R descriptum esse dicam paucis tantum lectionibus prohibeor idque imprimis p. 71, 17 *odiosum*] VH *aduersum* R.

Attamen quae nunc de ratione inter reliquos codices et R intercedente disseram non minus ad HV pertinere luce clarius est. R igitur uel potius commune codicum RHV archetypum neque ex L, cum integer sit, neque ex B, cum compluria quae ille omisit recte exhibeat[1]), sua haurire potuit. non rari tamen sunt loci, quibus non tam a LB discedat quam cum secundae classis codicibus concinat. illud enim, cum R negligentissime sit scriptus, mirari non decet, hoc uero quoniam codicum classes optime discerni possunt, ualde est memorabile scituque dignum. propono igitur primum exempla: p. 13, 17 *tacentes*] RCP *tacens* LB; 13, 23 *quia*] RCP *quia quod* LB; 34, 8 *nostrorum* RCP *nostris* LB; 48, 6 *conscriptores*] RCP *conscriptiones* LB; 52, 5 *Hermaeum*] *hermeum* RCP *hermetum* LB; 52, 6 *Danaum*] RCP *denaum* LB; 54, 21 *Auarin*] RCP *arauin* LB; 57, 17 *inspicere*] RCP *aspicere* LB; 59, 13 *censeret*] RCP *cessaeret* L *cesseret* B; 57, 11 *ostendere*]

[1]) sic p. 13, 9 *ueritatis*, 15, 11 *nobis*, 31, 7 *locis*, 54, 10 *muros*, 114, 5 *robur* (in apparatu neglexi), 125, 1 *de*, 126, 7 *ab illis*, 135, 12 *uel* 137, 5 *illum*, 138, 5 *ullus* in B solo desunt.

RCP *tendere* LB; 73, 9 *grammaticum*] RCP *grammaticorum* LB; 81, 13 *aut fert*] RCP *auffert* LB; 82, 11 *nec non et*] RCP *et non* LB; 98, 4 *tanta et talia*] RCP *tanta italia* LB; 99, 5 *abiuncti*] RCP *adiuncti* LB; 100, 13 *et putatos*] RCP *amputatos* LB; 115, 18 *omnis*] *omni* LB multaque alia addere licet. manifeste autem his locis ea de causa cum secundae classis codicibus facit R, quia et ipse et illi archetypi lectiones seruarunt, LB autem a ueris aberrauerunt. quamquam non desunt exempla malarum lectionum communiter a RCP traditarum: 6, 18 *fastu*] L *facto* BRCP; 31, 8 *Beli*] LBR² *belli* RCP; 55, 11 *congressus non est*] LB *congressus est* RCP; 59, 6 *in eis legibus*] L *in eius legibus* BRCP; 113, 19 *adduci* LB *adducit* RCP; 35, 21 *manifestus*] LB *manifestum* RCP. quae tamen omnia sic comparata sunt, ut dubitari quidem nequeat, quin in LB bona lectio extet, facillime uero sponte oriri potuisse illas corruptelas diuersis in libris non minus concedendum sit. confido igitur consensum RCP codicum archetypi prodere uestigia praeter eos locos, quibus casu eosdem in errores inciderint librarii. *cocodrilos*[1]) uero p. 57, 15 quin in archetypo fuerit ut non dubito, ita tamen id ab interprete esse scriptum non satis mihi persuasi.

Potuit iam librarius tanto facilius cum malis alterius classis lectionibus casu consentire, quanto saepius ipse et neglegentissime descripsit et ad libidinem insolenterque textum describendum mutauit. uideas enim haec, ut qualis fuerit ille librarius cognoscas: 14, 11 *legisse dicantur*] *legantur*; 14, 21 *Graecis*] *antiquis Graecis*; 15, 3 *regionem*] *nationem*; 15, 21 *proscindentes*] *possidentes*; 19, 16 *secundum interpretationem sacrarum linguarum* scripsit loco uerborum *secundum sacrarum linguarum* exemplaris sui corruptorum; 22, 20 *agere monuerat*] *amouerat*; 30, 3 *cum satrapa desertore*] *contra satrapam desertorem*; 39, 7 *uocantur* <*autem*> *ut aiunt* <*iudei*> *philosophi*; 46, 11 *consueti*] *soliti*; 88, 3 *utentibus*] *uirtutibus*; 110, 3 *sciendi praebente*] *sciendi praebendi*; 106, 11 *quando*... *fuisse*

[1]) cf. de hac uoce p. 91, 8 *Ritschelii* opuscula II 539 *Archiv für lat. Lexikogr.* IX 135.

...*agnoscitur*] *quando*...*fuisset notum* alia multa. porro saepissime uocabula aut omisit (p. 11, 2; 17, 7; 20, 2; 27, 8; 37, 17; 40, 3; 45, 12 e. q. s.) aut transposuit (4, 16; 11, 17; 14, 20; 15, 7; 16, 2 e. q. s.). quae cum ita se habeant, etiam p. 45, 1 *ab aue augurium capiens* tradens non archetypi lectionem seruare mihi uidetur, sed ipse inuenisse, quae sententiae conueniant; aliis uero locis exemplaris sui textum bene emendasse putandus est uelut 18, 6 *sermonem*; 38, 2 *solimis*; 49, 1 *proposui*; 60, 4 *militia*; 68, 7 *idem*; 103, 15 *uulnere ei facto*; 111, 12 *coaptauit*; 111, 13 *legem*; 123, 1 *posuit*; 132, 1 *fuere* aliaque plura, quae facile unusquisque restituere poterat, contra p. 123, 9 *alacres* minus recte coniecit. bene rationem, quae inter codices intercedit, locus illustrat, qui inuenitur p. 34, 8. ubi ego quidem codices et LB et CP archetypi lectionem correxisse, R uero solum seruasse iudico: cum enim uox *libris* (βίβλοις) errore excidisset, reliqua *cum nostrorum* hiantia apud LB in *cum nostris*, apud CP in *cum nostrorum litteris* mutata sunt utrumque parum recte.

Quodsi bonae notae lectiones in RHV mixtae cum corruptelis grauissimis leguntur non mirari decet, si quinto demum et decimo saeculo exeunte libros scriptos esse consideramus; satis bonum enim fontem mali librarii paulatim inquinauerunt.

§ 5. De singulis classis secundae codicibus.

Classis secundae libros tantum quattuor inueni scilicet Cheltenhamensem s. XIII (C), Parisinum 1615 s. XIV (P), Parisinum 5054 s. XIV (Pa), Corsinianum denique librum saeculi XVI (Co). hunc uero Corsinianum plane ab apparatu critico secludere mihi licebat, utpote qui si minus ex ipso Cheltenhamensi C, at certe ex eius apographo sit exscriptus. quod paucis demonstrari potest: communes enim habet cum illo non solum lacunas[1]) et additamenta[2]) et transpositiones[3]) cor-

[1]) 10, 16 *rei*, 20, 7 *haec*, 20, 10 *uniuersam*, 37, 4 *libro*, 85, 6 *etiam* e. q. s.

[2]) 11. 6 *enim*. 21, 22 *autem*, 40, 14 *proiixe*, 42, 15 *pecuniam*, 94, 6 *Graecos* e. q. s.

[3]) 50, 11; 64, 18; 111, 8; 123, 14; 98, 9 e. q. s.

ruptelas denique ineptissimas[1]). sed etiam quae in C parum recte emendata uel superscripta sunt Co fideliter expressit. exempli gratia p. 11, 6 *facti sunt* in *facta sunt* correxit C², recepit Co; item p. 112, 14 uocis *cingula* litterae *ci* tam male iunctae sunt, ut similes fierent litterae *a*, unde habes in Co *angula*; p. 116, 2 quae correxit C² *prona est* repetit Co. cf. praeterea 128, 13 *his*] ▮*is* C *is* Co; 134, 7 *talia*] C *tale* C²Co; 131, 10 *quidam*] *dam* C *clam* C²Co. etiam in orthographicis cum C consonat Co, uterque enim scribit: *derrogare*, *derridere*, *erripere*, *sanccire*, *aufferat*, *facilime*, *uberime*, *polutos*. intercedere uero inter C et Co tertium librum nunc quidem deperditum ex eo concludendum esse puto, quod Co cum R lectionum partem habet eandem, quem consensum casu ortum esse aegre probabis si legeris apud RCo p. 36, 13 *ignoratas*; 45, 15 *hoc*; 60, 16 *assectione*; 95, 15 *ministeriorum*; 108, 2 *cunctis*; 119, 1 *statutum*; 125, 5 *ligurgi* alia. exemplar ergo habuisse uidetur Co quod ex R hic illic erat correctum.

Iam ad codices CPPa accedo. quorum lectiones si accuratius perlustrauerimus, unumquemque eorum nonnulla uel omisisse uel corrupisse, quae in reliquis duobus sana sunt, facile perspiciemus. Pa uero codicis etsi ea capita tantum collata habeo, quae absunt ab L, atque per eadem sola omnes tres inter se conferre licet libros, tamen satis ea probant, quae expositurus sum, neque sunt in reliquis quae contra faciant. desunt igitur in solo Pa: p. 66, 11 *dixisset—milia*; 79, 9 *nisi—aegyptios*; 67, 19 *ad*; 69, 9 *moysen*; 68, 1 *ponit*, contra addita inueniuntur 70, 16 *populi*; 77, 13 *commorantium*, corrupta leguntur p. 74, 11 *sed monere* (pro *sermonem*) alia, deinde in P: p. 61, 9 *ut*; 69, 20 *ad*; 77, 10 *eos* omittuntur, p. 71, 3 *ergo* additur, 76, 3 *nititur* loco *mentitur* uocis legitur. quod attinet ad C codicem iam multa attulimus quae solus (cum Co) scripsit. consonant uero C et P iis tantum locis, quibus Pa ab communi archetypo secessisse manifestus est:

[1]) 13, 2 *ductus*, 26, 8 *interrogauerunt*, 90, 12 *diuus*, 119, 2 *filios*, 141, 3 *felici tantum*, ut pauca ex sexcentis exemplis proferam.

	CP	Pa
63, 7	*uolentes cum*	*uolentes cum*
67, 9	*generationibus*	*generatior*
69, 11	*eisque*	*eosque*
70, 10	*solummodo*	*solomodo*
74, 11	*sermonem*	*sed monere*
76, 5	*concordare*	*concordasse*
22, 6	accusatiuos temporis	ablatiuos ponunt.

non aliter uero ubi C solus contra archetypum commune pugnat, libri PPa consonare solent, id quod ex his perspicies:

	PPa	C
4, 5	*spontaneam* (*-neum* Pa) *undique*	*spontaneam simulque*
63, 12	*inhabitatur*	*habitatur*
65, 10	et saepius *octuaginta*	*octoginta*
74, 11	*quid*	*quod*
75, 7	*circuitione* (rectius *-onẽ*)	*circuitiones*
77, 5	*posuit*	*ponit*
77, 12	*sabbato*	*sabbo*...
80, 6	*partes*	*partibus.*

p. 66, 10 uero C et ipse ab archetypo recedens, quod *fritob.* cum PPa exhibuisse manifestum est, ex iis quae antecesserant *fritobautem* scripserat. unum miror, quod uox *commorantium* p. 80, 2 in PPa deest nescioque explicare. sed aut illam librarius C ipse inseruit aut in excutiendo eo codice error commissus est.

Plane alia intercedit ratio inter codices CPa. non solum enim in iis lectionibus, quae bonae notae sunt[1]), sed etiam non raro in corruptelis ita concordant, ut eodem fonte eos usos esse appareat. p. 61, 13 enim et C et Pa *ratione* et 61, 12 *quidem* C *qui* P inserunt; 63, 15 *inhabitarent*[2]); 67, 2 *ingressum*; 76, 3 *quod*; 77, 14 *inpudentis* iniuria litteris mandant.

Non ergo dubitandum esse arbitror, quin CPa non ex ipso

[1]) uelut p. 64, 1; 70, 16; 71, 3; 74, 19; 76, 3; 76, 11.

[2]) debui *habitarent* cum RVP in textu ponere, neque *inhabitarent*, quod accusatiuum solet regere cf. 16, 23; 23, 14; 43, 11; 61, 17; 81, 5.


classis secundae librorum archetypo sed ex alio codice maculis illis inquinato utrique communibus et ex archetypo descripto fluxerint. quodsi C nonnullis locis solus omnium librorum ueram lectionem tenere uidetur, non ea re factum esse arbitreris, quod reliqui archetypi lectionem corruperunt, sed ipse librarius haud indoctus aliquoties coniciendo bona inuenisse putandus est. studiosus enim erat emendandi, sed cum p. 42, 15 *pecuniam* uel p. 40, 14 *prolixe* insereret, uel 119, 2 *filios*, 48, 1 *alteri*, 121, 10 *ad eas* scriberet, haud prospere rem gessit. at melius aliis locis ei res cessit. tribuo enim ipsi librarii ingenio p. 35, 14 *praemissa*; 120, 5 *funere*; 49 *intelligere eos*; 65, 1 *Ramessin*; 94, 6 *solos Graecos* quae pro mendis archetypi *promissa*, *fauere*, *ramessin*, *solos* bene restituit. est etiam memoria dignum quod p. 40, 14 (*Ptolomaeo*) *Lagi* pro *Lago* scripsit. Πτολεμαῖος Λαγός enim, non Λαγοῦ, fortasse iam scripsit librarius Graecus, quem secutus est interpres. cfr. p. 41, 4; 46, 16; 82, 8. caueas igitur, ne Cheltenhamensi nimiam fidem habeas.

Restat iam, ut de Parisino P iudicium feramus. ac ne eum optimum classis secundae habeamus, perplurimis corruptelis et neglegentiis impedimur, uelut omittit 12, 15 *conscribentes*; 20, 14 *possessionum*; 29, 9 *ita*; 57, 8 *permixti*; 106, 3 *legibus—rectae sunt* etc. abundatque prauis lectionibus uelut 10, 2 *seruatum est*; 15, 6 *possit*; 16, 1 *propterui ciuitatem*; 21, 1 *pascua est*; 26, 5 *uix*; 33, 6 *syrus*; 46, 11 *uocare*; 85, 18 *fidelem*; 58, 8 *seditiones*; 80, 6 *confutentur*; 139, 11 *quidem* etc. attamen cum sensu fere semper careant quae male scripsit absintque paene ulla additamenta, quae certissime (uelut in R et C) manum correctricem produnt, neglegentissime quidem scriptum librum P profitebimur, sed eodem modo, quo iam Bodleiano Laurentianum anteposuimus, ei nonnumquam maiorem quam Cheltenhamensi C Parisinoque R fidem habebimus.

P igitur cum exemplar quod ei ad manus erat describeret nec tamen corrigeret, accidere oportebat, ut contra ceteros propriae classis libros corruptos, ipse cum prima classe facere

uideatur. neque multum mirari hunc consensum debemus. si codices CPa corrupta tradunt. contra si P cum primae classis codicibus in corruptelis congruit, quomodo hic consensus extiterit, nobis accuratius examinandum est. p. 97, 8 legebantur apud interpretem ipsum sine dubio haec: *ut procul stantibus appareret quasi stellae per terram iter agentes.* sed archetypi librarius facili errore *stella* scripsit *agentes* non mutans. eadem LBP tradunt. R uero et C mendum grammaticum tollere conati ille *agentes* in *agens* mutauit, hic uero recte coniciens *stellae* restituit. eodem autem modo arbitror p. 129, 7 *ab hominibus* R et C librariorum sagacitati deberi. *ab omnibus* archetypi esse. p. 137, 8 LBP *ipsius iustisme* ex archetypo depromptum praebent, *ipsius* omnes seruauerunt, *iustissime* bene restituit C, *iustitie* parum prospere correxit R. ita cum omnibus fere locis, quibus P cum prima librorum classe consentit, res se habeat, iam non statuemus, P ex prima classe correctum esse, sed archetypi uerba in eo deprehendere nobis uidebimur non semper genuina, sed ut iam supra uidimus multis mendis inquinata. pauca restant exempla quae alia ratione explicanda sint. p. 105, 3 pro *queritur*, in L extat *que*..., in P uero *que*. in reliquis *quaeretur* uel *queritur.* ubi conicio in archetypo *que* quidem mendosum extitisse. supra uersum uero uel in margine *queritur* additum et ad codices utriusque classis propagatum fuisse, nisi malumus *quaeritur* emendationem librariis codicum trium BRC tribuere; aliis locis P casu in mendis cum L uel R consonare uidetur. uelut p. 138, 7 *si* omittunt PR; p. 104. 7 *reor*] *reos* LP; 113, 8 *etenim*] *et eum* LBP.

Quibus satis explanatis L primae classis librum, secundae uero P testes si minus integros at certe simplices iudicasse, ceteris ut emendandi cupidis saepius fidem non habuisse meo iure mihi uideor. subicio autem codicum stemma ut qualis iis intersit ratio uno tamquam obtutu conspici possit:



§ 6. De Graeco interpretis fonte.

Praeter codices Latinos manuscriptos imprimis Flauii Iosephi ipsius uerba Graeca ad uersionem quam edimus recensendam maxime faciunt. librorum uero contra Apionem textum Graecum nuper (anno 1889) Benedictus Niese omnibus quae extant subsidiis usus acuto ingenio quantum fieri potuit emendatum edidit. omnes uero qui supersunt libri Graeci eo teste ad unum redeunt codicem Laurentianum LXIX 22 (L a Niesio, Λ a me notatum) saeculi fere XI[mi] multis locis corruptissimum et interpolatum. libro uero multo meliore et ab interpolamentis libero Eusebius usus ampla excerpta Flauiana operibus suis inseruit, a quo sua Georgius Syncellus et Eusebii excerptor in Crameri Anecdotis Parisiensibus II p. 165 acceperunt. pauca praeterea et parum utilia Theophilus Antiochenus in libro contra Autolycum III c. 20—23, Porphyrius de abstinentia IV 14, Cosmas Indicopleustes in topographia

Christiana (apud Montefalconium in collectione noua patrum et scriptorum Graecorum uol. II) in usum suum conuerterunt. denique ex libris Flauianis satis multa tenemus in Excerptis Peirescianis ex Constantini Porphyrogeniti collectaneis de uirtutibus et uitiis, quae ex codice Turonensi Iulius Wollenberg cum editione Bekkeriana collata anno 1871 (in programmate gymnasii Francogallici Berolinensis) publici iuris fecit. de his omnibus cum Niesius in praefatione tomis quinto et quarto operum Iosephi praemissa accurate disseruerit, ego quidem sola eius editione ita sum usus, ut ubique lectorem ad eius de Graeco textu testimonium remissum uelim.

Inter Eusebium autem codicemque Laurentianum Λ medium fere locum tenent Excerpta Peiresciana. quorum ad textum cum uersio Latina tam prope accedat, ut gemello fere fratre codicis eius, quo Constantinus Augustus Porphyrogenitus, usus esse uideatur amicus Cassiodori, ea nunc paulo accuratius mihi sunt examinanda, ut perspiciatur primum qua ratione et ab Eusebio et a codice Λ distet, tum uero qua arte et qua doctrina praeditus interpres opus sibi propositum exsecutus sit, quantum res poscit, inuestigetur. extant igitur quae a p. 109, 1 usque ad p. 112, 1 in uersione Latina leguntur et in codice Λ et apud Eusebium et in Excerptis Peirescianis, ex quibus grauissima inter se comparata nunc lectoribus sub oculos mitto:

interpres	excerpta Peiresciana
1. p. 109, 1 *qui iustissime de dei fide cognouerit*	τίς ὁ δικαιότατα περὶ τῆς τοῦ θεοῦ πίστεως ἐπιτυχών
2. p. 109, 3 *iam enim de ipsis tempus est disputandi*	absunt
3. p. 109, 4 *gentium*	ἐθνῶν
4. p. 109, 7 *noster uero legislator*	ὁ δὲ
5. p. 109, 9 *declarauit*	ἀπέδειξεν
6. p. 109, 9 *deo principaliter*	θεῷ
7. p. 109, 10 *eum cunctos inspicere*	ἐκεῖνον ἅπαντας ἐφορᾶν
8. p. 109, 12 *et quaecumque contigit eis in angustiis supplicasse*	καὶ ὅσων ἔτυχον αὐτοὶ δεηθέντες ἐν ἀμηχάνοις
9. p. 109, 15 *unum uero*	ἕνα δ'
10. p. 109, 15 *et ingenitum immutabilcm*	ἀγένητον καὶ . . . ἀναλλοίωτον
11. p. 110, 2 *prudentissimi Graecorum quia quidem eruditi sunt*	οἱ σοφώτατοι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὅτι μὲν ἐδιδάχθησαν
12. p. 110, 8 *ad breue*	πρὸς ὀλίγον
13. p. 110, 8 *populo superstitionum opinionibus iam constricto*	ταῖς εἰς πλῆθος δόξαις προκατειλημμένοι τὴν ἀλήθειαν
14. p. 110, 10 *noster uero legislator*	ὁ δὲ μωσῆς ἀπέδειξεν
15. 110, 10 *opera praebens consona* (*-nis* codd.) *uerbis suis*	τὰ ἔργα παρέχειν σύμφωνα τοῖς λόγοις

Λ	Eusebius
cum Exc. Peir. consonat	τῆς δικαιοτάτης περὶ θεοῦ πίστεως ἐπιτυχών
ἤδη γὰρ περὶ τούτων λεκτέον	cum Λ consonat
ἐθνῶν	ἐθῶν
ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης	ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης
ἀπεῖπεν	ἀπέδειξεν
θεῷ δὲ μᾶλλον μόνῳ	θεῷ
εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν	εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν
παρέχειν τὰ ἴδια καὶ οὐ μόνον τοῦτο ἀλλὰ καὶ ὧν ἀπηγόρευσαν. μόνον δὲ καὶ τοῦτο δοκεῖν ἐδίδαξαν εἶναι μὲν θεὸν μονάρχην μετ' αὐτὸν δὲ θεῶν τινας μυθολογίας ἀνεπλάσαντο. τὸ εἶναι αὐτοὶ δεηθέντες ἐν ἀμηχανίᾳ	καὶ ὅσων ἔτυχον αὐτοὶ δεηθέντες ἐν ἀμηχάνοις
ἕνα γοῦν	ἀλλ'
ὁ ἡμέτερος νόμος ἀπρόσιτον ἀγένητον ἀίδιον ἄχρονον ἀναλλοίωτον	καὶ ἀγένητον καὶ . . . ἀναλλοίωτον
multa interpolata sunt	cum Exc. Peir. consonat
πρὸς ὀλίγον	πρὸς ὀλίγους
εἰς πλῆθος δόξαις προκατειλημμένοι τὴν ἀλήθειαν	εἰς πλήθη δόξαις προκατειλημμένα
ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης ἅτε δή	ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης ἅτε δή
τὰ ἔργα παρέχων σύμφωνα τοῖς λόγοις	τὰ ἔργα παρέχων τοῖς νόμοις σύμφωνα

interpres	Excerpta Peiresciana
16. p. 110, 12 *inspirauit*	ἐνέφυσεν
17. p. 110, 13 *semper*	ἀεί
18. p. 110, 15 *alias esse perspexit et constituit*	καλὰ συνεῖδε καὶ κατέστησε
19. p. 110, 15 *iustitiam fortitudinem*	τὴν δικαιοσύνην τὴν καρτερίαν
20. p. 110, 18 *referuntur*	ἔχουσι τὴν ἀναφοράν
21. p. 111, 3 *doctor est*	διδάσκαλος
22. p. 111, 6 *sicuti*	καὶ
23. p. 111, 11 *noster autem legislator*	ὁ δὲ
24. p. 111, 13 *legem sermone*	ἐκ τοῦ λόγου νόμον
25. p. 111, 14 *unicuique diaeta conueniente*	τῆς κατὰ τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ διαίτης
26. p. 111, 16 *quibus*	τίνων

Λ	Eusebius
ἐνέφυσεν	ἐνέφυσεν
ἀεὶ πολύ	πολύ
τἆλλα συνεῖδε καὶ κατέστησε	τἆλλα
τὴν δικαιοσύνην τὴν καρτερίαν τὴν σωφροσύνην	τὴν δικαιοσύνην τὴν σωφροσύνην τὴν καρτερίαν
ἔχουσι τὴν ἀναφοράν	ἀναφέρουσιν
διδάσκαλος	διδασκαλικός
οἷον	οἷον
ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης	ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης
ἐκ τοῦ λόγου νόμον	ἐκ τοῦ νόμου λόγον
τῆς κατὰ τὸν οἰκεῖον ἑκάστῳ διαίτης	τῆς κατὰ τὸν οἶκον ἑκάστων διαίτης
ὅσων	ὅσων

His ex exemplis manifestum est, interpretis codicem Graecum, si Excerpta Peiresciana et Λ eadem praebent, ab Eusebio uero differunt, semper cum illis congruere uelut in exemplis 1. 3. 12. 13. 15. 18. 20. 21. 24. 25, si uero consentiunt Λ et Eusebius, id quod rarius accidit, Excerpta ergo Peiresciana sola a uero textu aberrauerunt, nihilo minus interpretem cum Peirescianis facere uelut sub 7. 22. 26; reliquis enim eiusmodi locis non descripsit Iosephi textum Constantinianus excerptor, sed arbitratu suo eum in breuius contraxit, uelut sub 2. 4. 14. 23. si denique Λ a reliquis differt, eo plerumque factum est, quod interpolamenta hominis Christiani passus est, quae non solum ab Eusebio sed etiam ab Excerptis Byzantinis plane absunt. Latinus quoque interpres utpote homo saeculi sexti recentia codicis Λ interpolamenta non agnoscit (cf. 10. 12. 13.), nonnumquam uero solus Λ praebet mendum quod non sequitur Latinus cum Excerptis congruus, si denique tres illi textus Graeci fontes inter se dissentiunt, cum codice Peiresciano eadem habere solet Latinus uelut sub 11. 19. 21.

Prorsus eadem iis in partibus obseruantur, in quibus Excerpta Λ Latinum inter se, non uero Eusebium comparare licet. uelut Latinus cum Peirescianis contra Λ pugnare conspicitur p. 107, 5 *primitus*, 107, 9 *multum arenosam*, 108, 1 *aliis*, 108, 2 *firmissimam*, 108, 4 *recte*, 108, 11 *quales*, 108, 12 *post eum*, 108, 13 *alii uero* et cum iis omittit uerba τὰς τῶν νόμων μαντείας; non deest tamen locus p. 107, 4 *indita scientia*, quo interpres, si fides est Wollenbergii silentio, non cum Excerptis (εἰς ἀεὶ) sed cum Λ (ἴσασι) consentit. uerum quod Excerptor p. 107, 7 ἐκ πολλῶν, p. 107, 12 πάντων interprete non assentiente omisit, id non exemplaris uitiis, sed arbitrio Excerptoris tribuendum uidetur. consonant igitur Excerpta Peiresciana multo saepius cum Λ quam cum Eusebio. quo fit ut illum codicem, ubi destituti sumus Peirescianis, interpres sequi uideatur, nisi quod frequenter meliora quam Λ nobis tradit. quanto uero usui Latina uersio ad Graecum textum emendandum fuerit, iam Niesius praefationis suae pp. XXI seqq. satis exposuit; mihi demonstrandum erat, ex Excerptis Peirescianis et codice Λ, rarius uero ex Eusebio, quid dederit interpres, iudicium esse faciendum.

Non tamen recte de interpretis uersione existimare licebit, nisi qualis fuerit textus ille Graecus, quem secutus est, paululum adumbrauero. multis enim locis non solum uerba singula, sed totas sententias tam corruptas praebuit ille codex, ut Iosephi sententiam interpres ne suspicari quidem posset. iam uero cum operam daret, ut quae legerat bene in Latinum conuerteret, si qua mente comprehendere non ualebat, aut uerbum de uerbo exprimere aut sententiam aliquam ex uerbis traditis expiscari studebat idoneam. iuuabit uero exempla quaedam et locorum textus Graeci mendosorum et interpretis emendationum in medio proponere. p. 18, 7 *honorabile nomen*] in Graecis leguntur τοῦ τίμαιος, sub quibus Gutschmidius Aegyptiaci regis nomen latere recte arbitratus Τουτίμαιος restitui suadet. interpretem τίμαιος pro adiectiuo accepisse intellegis. p. 17, 20 in Graecis extant αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε παρατίθεσθαι τἀκείνων i. e. ipsa illa, inquit Iosephus, testimonia

Aegyptiaca proferre non possum. quae uero apud interpretem sunt: *quas non arbitrantur commendare quae nostra sunt*, nisi cognouerimus interpretem pro οὐχ οἷόν τε in exemplari suo οὐχ οἴοντε (sic Λ) legisse et οὐκ οἴονται intellexisse, omnino intellegi nequeunt. simili modo p. 61, 1 *inscripti sunt* redit ad ἐνεγράφησαν pro ἐνετράφησαν lectum uel intellectum; ridicule uero p. 8, 12 quae codex mendose ei Δράκοντος περὶ τῶν φοινίκων pro περὶ τῶν φονικῶν praebuit nobis transtulit in haec: *Dracone ex Phoenicibus*. p. 103, 8 uero ὃν θύει apud librarium Graecum in συνθύει (Λ) abiit, ut non miremur, quod in textu Latino *cum eis . . . sacrificare* inuenimus.

Aliis locis etsi talia uestigia in Λ non deprehendimus, similes eius errores ex Graecis irrepsisse sine dubio statuendum est, uelut p. 12, 14 *credere* cum habeat πιθέσθαι pro πυθέσθαι interpretem legisse probabile est, uel p. 46, 6 uoce *interimere* ad ἀνελεῖν non ad ἀποπλεῖν ducimur, uel p. 81, 9 *non paruulum donum* legentes negabimus interpreti ante oculos fuisse οὐ μικροῦ δεῖν. plane nouam sententiam pro Flauianis, quae corrupte tradita intellegere non potuerat interpres sibi conformauit p. 99, 12 *nimis igitur haec maxima compositio etiam in futuro dicenda Apionis ammiratione dignissima est*, ubi erroris tamquam fons illud συνθέσεως pro συνέσεως etiam codici Λ traditum habendus est. atque p. 83, 7 erroris fontem in eo mihi uideor inuenisse, quod codex interpreti pro ἀπίωνα tradiderit ἅτινα, ubi consideres quaeso, quo studio quae ipse non intellexit uerba prorsus eodem ordine qui est in Graecis reddiderit: Ἀπίωνα enim δὲ σχεδὸν ἐφεξῆς πάντες ἔλαθον οἱ τῶν προγόνων αὐτοῦ Μακεδόνων βασιλεῖς οἰκειότατα πρὸς ἡμᾶς διατεθέντες sic uertit: *quae paene omnes in ordine progenitores eius Macedonum reges ignorauerunt habentes circa nos praecipuum familiaritatis affectum*. sed longum est multa enarrare, quae cuilibet ex notis meis facile colligere licet cf. 38, 8. 16. 42, 5. 45, 9. 105, 20. 123, 16—124, 6. 136, 8—10. 139, 1.

§ 8. De interpretis uertendi ratione.

Non solum autem Graeca quae uertit interpres erant corrupta, sed etiam ipse non is erat, qui quae sana inuenit semper recte intellegeret recteque exprimeret. haud raro enim neque cogitationes Iosephi satis perplexas ullo modo mente cepit et perspexit, sed ne compaginem quidem syntacticam compositionemque uerborum difficiliorem enodare neque uoces rariores Graecas interpretari satis ualuit. quae optime paucis uerbis iam Niesius monuit (praef. p. XXIII, cf. etiam uol. I p. LIII): ‚omitto si quid non intellexit; neque enim raro lapsus est; sed nec particulas nec tempora satis distinguit, nec curat sententiarum nexum aut uerborum ordinem. est ubi omittat quae non intellexit aut difficilia eludat, nec deest, ubi quaedam adiecerit.' ubi uero plana erant, quae in exemplari suo inuenit, frequentius satis accurate uertit et si minus elegantem at certe perspicuum sermonem prodit. quo de sermone nunc mihi non est in animo plura dicere, pauca uero liceat afferre, ex quibus quantum a uero nonnumquam aberrauerit quantamque fidem mereatur perspici possit. luculentissimum et satis ridiculum errorem deprehendimus p. 53, 4: *et illum sapientem . . . uirum refert timuisse et circa semet ipsum et apud regem deorum Vulcanum*, ubi Graeca haec τὸν σοφὸν . . . ἄνδρα ὑποδεῖσαι πρὸς αὐτόν τε καὶ τὸν βασιλέα χόλον τῶν θεῶν uix interpreti futura fuissent difficilia intellectu, nisi χόλον formam non sibi notam cum χωλὸν confudisset. unde ortum est, ut pro deorum ira claudum illum deum Vulcanum reponeret. ac uero uocum ἱερεὺς et ἱερὸν et ἱερεῖον pluriens aliam pro alia intellexit, quo factum est, ut p. 102, 18 Graecos et Macedones sacerdotibus ad epulas usos esse contenderet. uideas alia exempla, uelut p. 15, 23 *Epirus* pro litore positum, p. 18, 17 δασμολογῶν, *diuidens*, p. 36, 8 ὀχλάζειν *onus portare*, 54, 1 τυφώνιος *ualde praecelsa*, 63, 8 προσποιεῖν αὐτοὺς *falsitates inducere*, 81, 18 ἀξιῶν *dignitates*, 132, 3 στεφανώσας *fanum ei constituens* aliaque multa. quare non mirandum est, quod de Choerili Samii uersibus desperans p. 38, 3 Graeca non intellegens uerbum

pro uerbo reddidit. alio loco p. 5, 19 Graeca sine dubio habuit sana haec: καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ἔτεσιν στρατευσάντων ὕστερον ... γέγονεν ... ζήτησις εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο, sed conexu uerborum non capto sic reddidit: *etiam de Troianis rebus ubi tot annis militatum est postea... quaestio facta est, utrum litteris usi sunt.* p. 37, 14 Graeca uerba non minus sana male inter se iunxit. sunt multa alia exempla, quae cum longum sit ad uerbum exscribere commodius ipse editionem Graecam et uersionem Latinam inter se comparabis uelut p. 10, 25 25, 3 38, 8 41, 20 42, 16 82, 2 106, 13 114, 14 et q. s. difficilia eludisse uidetur p. 56, 8 ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀπτανίοις τῶν σεβαστευομένων ἱερῶν ζῴων χρώμενοι διετέλουν sic uertens: *sed etiam ipsa sacra animalia quae colebantur* *crudelissime discerpserunt.* omisit denique quaedam ut uidetur sibi diffidens p. 48, 13 59, 15 35, 16 37, 8 43, 19 aliis locis.

Haec hoc loco sufficiant; explicatius enim, ut iam supra monui, in prolegomenis Antiquitatis Iudaicae libris praemittendis mihi agendum est.

§ 9. De librorum contra Apionem inscriptione et partitione.

Fortasse iam subierit quem miratio, quod usque adhuc ne uerbum quidem de nomine librorum contra Apionem protulerim. quod tamen cum fieri non posset, antequam de codicum ratione exposuissem, nunc iam ad praetermissa aggressus quantum opus erit de libelli titulo et de partitione agam. atque primum scimus Cassiodorum Senatorem, cum in monasterio Viuariensi ab ipso condito bibliothecam pararet, operam dedisse, ut Iosephi Antiquitatis Iudaicae et contra Apionem libri nondum Latini facti ab amicis suis uerterentur. ipse enim de institutione diuinarum litterarum capite XVII haec scribit: *ut est Iosephus paene secundus Liuius in libris antiquitatum Iudaicarum late diffusus, quem pater Hieronymus scribens ad Lucinum Baeticum propter magnitudinem prolixi operis a se perhibet non potuisse transferri. hunc tamen ab*

amicis nostris quoniam est subtilis nimis et multiplex magno labore in libris uiginti duobus conuerti fecimus in Latinum. memorabile igitur est, quod Cassiodorus libris Apioneis inscriptionem propriam non indidit, sed eos cum libris Antiquitatis Iudaicae uiginti una comprehendens uiginti duos libros numerauit. qua ex re quamquam fortasse concludi potest, eos libros tamquam appendicem ampliori illi operi et supplementum ab interprete fuisse annexos, tamen facile contigisse potuit, ut Cassiodorus breuitatis gratia inscriptionem libri neglegeret. augetur haec suspicio, si ne in libris quidem manu scriptis ulla inscriptio fuisse conspicitur. deest enim, si quae addiderunt manus recentissimae neglegimus, in libris uetustissimis LB, deinde in R inscriptio libri primi et secundi et subscriptio libri primi, quae uero in classis secundae libris reperiuntur uix ab ipso interprete profecta esse possunt. C enim habet haec: *incipit liber uigesimus primus Flauii Iosephi contra Manethonem et plures alios qui liber non distinguitur per capitula sed totum simul legitur sub primo capitulo*, P uero haec: *incipit liber primus Flauii Iosephi dissertissimi hystoriographi contra Manethonem Egypticum et Ceremonem stoycum et alios.* similia legimus in initio libri secundi apud C: *incipit liber uigesimus secundus Iosephi contra Apionem et plures alios,* in P uero: *incipit liber secundus Iosephy contra Apionem Alexandrinum grammaticum.* denique in initio libri tertii habet C: *incipit liber uigesimus tercius Flauii Iosephi contra Apollonium Molonem et Lisimacum.* atque in codice Petrarcae libello rubrica inscripta est haec: *Flauii Iosephi historiographi antiquitatum Iudaici populi contra Apionem Alexandrinum gramaticum liber primus.* in Corsiniano denique inueniuntur: *Inuectiue Iosaphi contra Apionem et Molonem.* quae cum inter se discrepent, non solum non ex archetypo hausta esse uidentur, sed etiam ab auctore uersionis, quippe qui duos tantum libros Cassiodoro teste diuiserit, propter tertii illius libri inscriptionem ceteris aequalem profecta esse nequeunt. tota deinde inscriptio et in CP et in Pa Co non tam interpretis manum titulum Graecum uertentis quam librarii

indicem libro ex eius argumento quaerentis redolet. indicatur enim non opusculi totius nomen, sed rerum summae.

Accedit quod ne de Graeca quidem inscriptione satis constat. quode cf. Niesii praef. p. III, ut ne hanc quidem certam extitisse conicere liceat. illa uero appellatio, qua antiquissimi scriptores Christiani libros illos nominare solent περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος, postea etiam libris manuscriptis inscripta uel potius subscripta fuisse uidetur. ea enim subscriptio etiam libris Latinis melioribus tanto consensu traditur, ut certe in archetypo codicum ea extitisse negari non possit. etenim et in LB libris iisque, qui ab L pendent, et in P in fine posterioris libri prima manu litterisque maiusculis subscribitur: *Explicit liber secundus Flauii Ioseppi de uetustate Iudaeorum.* sunt tamen, quae obesse uideantur, quominus ab interprete ipso haec subscriptio posita sit. is enim ἀρχαιότης et ἀρχαῖος Latine in *antiquitas* et *antiquus*, παλαιὸς uero in *uetus* uel *uetustus* conuertere solet, cf. p. 3, 4 *uetustissimum:* παλαιότατον; 8, 7 *uetus aliquid:* περὶ τῶν παλαιῶν τι; 11, 5 *antiquissima quidem et ueterrima:* τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ παλαιότατα, etsi confitendum est p. 139, 18 pro *ueterum* in Graecis inueniri ἀρχαίους.

Hanc igitur *de uetustate Iudaeorum* inscriptionem, si omittis Bandinium aliosque catalogorum auctores, primus Benedictus Niese ex codicum subscriptione libello nostro repetiuit, quae uero usque ad eum inscribi solebant *de antiquitate Iudaeorum contra Apionem grammaticum ad Epaphroditum* et in codicibus recentioribus et in editionibus antiquissimis ex Hieronymi uita Iosephi (de uiris illustr. cp. 13) et eiusdem ad Magnum oratorem urbis Romae epistola originem traxerunt. plane nihili denique sunt quae in libris manuscriptis recentissimis inscribuntur uelut in Corsiniano, quae iam in medio posui, et in H nunc proferenda: *sequuntur tria uolumina in quibus Iosephus Iudaicam antiquitatem probat auctoritate infidelium de impugna(nci)a eorumdem calumniarum in Iudeos ipsorumque leges inuectarum.* ego uero, cum res decerni nequeat, Niesium secutus titulum conformaui: *de uetustate Iudaeorum siue contra Apionem libri duo.*

Pauca denique addo de librorum partitione. plures enim

sunt codices manu scripti, in quibus non duo sed tres libri numerantur. inde a libri alterius paragrapho 145 C et H et si hunc addere licet R tertium incipiunt librum. Parisinus enim codex 5049 (R) saeculo XIII primitus quidem solos uiginti Antiquitatum Iudaicarum et septem de bello Iudaico libros et continebat et numerabat. saeculo autem decimo quinto cum codici illi tamquam supplementum intermitterentur contra Apionem libri, ut triginta librorum numerus compleretur, in tres diuisi sunt. atque in antiquiore libri primi belli Iudaici inscriptione saeculo XIII° descripta hac: *post antiquitatum libros uiginti hi sequuntur qui captiuitatis Iudaicae et excidii Iherusalem inscribuntur numero septem* manus saeculi XV' post *uiginti* inseruit *tres*, in ipsis autem libris de uetustate Iudaeorum dixi abesse et inscriptiones et subscriptiones librorum, nisi quod in fine legitur *Codex uniuersae iudaicae antiquitatis optimis auspiciis finitur*, praetereaque litteras initiales, ita ut tripertitio recens habenda et XV' demum saeculi librario tribuenda sit. et cum Harleianum ab R pendere hac quoque ex partitione librorum satis appareat, G codicis librarius primus et fere solus, ut corpus triginta librorum Iosephi haberet, tres libros contra Apionem diuisisse conspicitur. in Bodleiano denique libro initium quidem illud tertii libri littera initiali splendida insignitum est, sed duo tantum libri in subscriptione numerantur. capitula diuisit primus Robertus Goullet, deinde aliter dispertiens Hudsonius, capita Hudsoniana et praeter ea paragraphos adiecit quem ego sequor Niesius.

§ 10. De editionis consilio.

Ex iis, quae de fonte Graeco, de codicum archetypo, de interpretis studio ac doctrina disputaui, facili negotio colligitur in libris Iosephi contra Apionem Latinis cautissime esse exercendam artem criticam. fuerunt enim tot corruptelae in Graeco exemplari, tot locos parum intellexit interpres, tot menda inerant librorum archetypo et utriusque librorum classis codici primario, ut saepissime dubitatio exoriatur, quem corruptionis habeamus auctorem et utrum corruptum inuenerit

textum Graecum interpres aut ipse corruperit, an postea ab librariis ipsius uerba sint corrupta. exempli gratia interdum difficile dictu est, interpresne an librarius sit culpandus, quod uerbis homoeteleutis deceptus quaedam omiserit. ne igitur nimis interpretem corrigerem, ea tantum in textum recipere uolui, quae aliqua cum probabilitate interpreti ipsi tribui posse confidebam. quod nisi fieri poterat, archetypi scripturam potius malui restituere, quam incertam pro genuina lectione uenditare. ac si quas non quidem certas at satis probabiles mihi medelas inuenisse uidebar, in apparatu critico apposuisse satis habui neque aliter aliorum coniecturis usus sum. de emendatione igitur alii alia iudicabunt, ego contentus ero, si textus Latini fundamenta certa parauero. relinquuntur enim sat multa, de quibus desperaui uelut *pudori* p. 32, 10, *demens* 85, 19, *proni est* 116, 2, locus de Cleopatra p. 85—86. in aliis uero nimis timide forsan, quae in textu ponere debebam, in apparatum relegaui, uelut p. 13, 9 *traditionem*, 16, 6 *adepta potestatem*, 17, 5 *soluere.*

Sub textu primum quidem signa codicum singulis in paginis adhibitorum attuli, testimonia uero et excerpta librorum Apioneorum apud medii aeui scriptores nulla repperi. uariam deinde lectionem codicum LBRCP editionisque principis totam, V et Pa codicum discrepantias per supplementa tantum nunc primum edita, ex reliquis hic illic eas codicum DMoCrCo, ubi utile uisum est, notaui; Graeca duplici ratione usus adieci, primum, ut ars et doctrina interpretis, deinde ut fons eius Graecus qualis fuerit cognosci possit. quapropter codicis Λ quidem interpolamenta non exscripsi nec sententias plane deformatas, contra Excerptorum Peirescianorum, Eusebii, Λ codicis editionis principis Graecae, quae tamen ex Latinis correcturam passa est, lectiones inter se differentes iuxta posui, Eusebii tamen ita, ut simpliciter Eusebiana notarem, singula uero eius opera non curarem. quae si quis accuratius inspecturus est, accedat quaeso Niesii editionem.

Lectionis uarietatem, quae in re orthographica uertitur, a commentario omnino seclusi, nisi quod in nominibus propriis

minus usitatis largior fui. nonnumquam etiam ut codicum classes distinguerem discrepantias mere orthographicas, semper uero eas notaui, ubi de casu uel tempore uerbi dubitatio effici poterat uelut in illa frequenti *e* et *i* elementorum permutatione. secutus sum orthographiam Cassiodori aetate usitatam, qualis ex ipsius tractatu orthographico et ex celeberrimo illo codice Ambrosiano saeculi VII^mi papyraceo, quo libri Antiquitatis Iudaicae V—X continentur, cognoscitur. qui codex si certum usum prodere uidebatur, constanter scripturam eius quamuis non traditam in libris nostris recentioribus repetere uolui uelut in *optinere oboedire temptare sollemnis* similibus, si uero usus inconstans illo aeuo uelut in praepositionibus assimilatis apparebat, codicum uestigia ita secutus sum, ut non ueritus sim eadem in pagella *inpius* et *impius*, *quemammodum* et *quemadmodum*, *adtinere* et *attinere* eodem modo iuxta edere, quo in codice Ambrosiano promiscue legi solent. [1])

Emendationum aliorum praeter auctores ueterum editionum [2]) imprimis mihi praesto erant Gutschmidii obseruationes commentario textus Graeci insertae (Kleine Schriften IV p. 336—589), deinde Benedicti Niese, quas partim in editione libri Graeci, partim litteris ad me datis communicauit. denique Ottonis Guenther, collegae Berolinensis nunc Gedanensis litteris mihi missae, quarum quidem in addendis supplementum subicio.

Restat iam ut eis, qui me in apparatu colligendo, in textu adornando, in plagulis corrigendis beneuole et studiose adiuuerunt, gratias meas referam. inter quos longe primus nominandus est Benedictus Niese meus, qui non solum edendae Iosephi operum uersionis Latinae mihi auctor fuit, sed etiam quae collecta habebat in meum usum concessit. tum in emendando et corrigendo semper consilio et ingenii acumine auxili

[1]) cf. in tabula photolithographica (60) ex codice Ambrosiano a societate palaeographica Anglica reproducta uers. 10 *inpietatem* et 28 *impietatibus*.

[2]) imprimis laudandae sunt edd. Venetae anni 1486. 1502 (ut monui pro 1510 in apparatu ponenda) Mediolanensis anni 1513, Ioh Sobii editio Coloniensis anni 1524, uituperanda potius ea Sigmundi Gelenii.

atus est. Otto deinde Guenther plagulas exigens typothetae siluam contulit obseruationum neque paucis eleganter attulit medelam. Guilelmi uero de Hartel uiri clarissimi auxilio et consilio in colligendis codicum speciminibus excutiendisque libris semper uti potui. quo intercedente uiri docti, quos iam supra nominaui, Carolus et Henricus Schenkl, Augustus Haberda, Antonius Swoboda, R. C. Kukula, Aemilius Kroymann in Niesii uel meum usum codices aut inspexerunt aut excusserunt. de libris denique apud se conseruatis humanissime me accuratiora docuerunt Franciscus Carta aduocatus Taurinensis bibliothecae praefectus, Adrianus Piccolomini professor Caesenas, Guido Biagi Laurentianae celeberrimae praefectus, J. P. Gilson collega Londinensis. quibus omnibus quas decet ago gratias.

Scribebam Steglicii prope Berolinum mense Iunio a. 1897

Carolus Boysen.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Praefationis primo folio iam sub prelum misso a Caesare Paoli professore Florentino rei palaeographicae peritissimo litteras accepi, quibus de codicibus LCrM meliora edoctus sum. Niesio enim pars codicis Cr posterior saeculo demum XV° suppleta esse uidebatur; iam eandem fere S. Crucianus ac liber S. Marcianus saeculo XI^mo a Niesio ascriptus lectionum uarietatem praebebat; quare hunc tamquam medium inter L et Cr intercedere coniecissem, nisi ex lectionibus perspexissem, nullo modo cogitari posse, Cr ex M transcriptum esse. de aetate igitur libri S. Marciani cum dubitatio mihi moueretur litteris ab Hieronymo Vitelli petiui, ut libris illis inspectis scrupulos mihi eximeret. qui cum ipse a Florentia abesset, Paolio uiro doctissimo auctor fuit, ut quae rogaueram exsequeretur. qui quanta diligentia codices examinauerit, ex iis, quae eius liberalitati atque humanitati debeo, luculenter apparet. haec enim mihi scripsit:

„*Il codice Laurent. 66, 2 è certamente antico, dei primi dell' XI secolo; le correzioni del libro contro Apione non sono, a parer mio, più recenti del secolo XII. — Il cod. S. Croce 19 sin. 1 pare a me scritto in due tempi: sec. X—XI, fino a c. 211; a c. 212 (dove comincia un quaderno nuovo) muta la qualità della membrana, mutano la composizione e il colorito delle iniziali a fregi e a colori, e la forma della scrittura mi apparisce del secolo XII. Il framm° Apion. sta in questo codice a cc. 251 e segg. — Il cod. S. Marco 385 è certamente antico, certamente del secolo XI sino a c. 167: di li in poi cominciano i dubbi ed è appunto in questa seconda parte che si trova il framm° Apioneo. Le ragioni del dubitare sono queste: la pergamena è in genere più bianca e di fattura apparentemente più moderna; — la scrittura è in parte artificiosa; — il colore delle miniature è, senza dubbio, assai meno brillante che in quelle della prima parte. Ma non debbo tacere che ci sono parecchie carte che conservano l' aspetto dell' antichità; e che le iniziali a fregi e colori (compresa la* S *del* Sufficienter *nel framm° Apion.), così per la composizione, come per il tono dei colori non offrono nessuna nessunissima differenza da quelle della prima parte.*

È possibile che la parte seconda del cod. sia una imitazione del secolo XV? Non mi parrebbe di poterlo asserire: ma può essere che sia scritta un po' più tardi della prima, forse nel secolo XII. Ma se questo è, debbo anche aggiungere che deve essere opera di uno scrittore e d'un miniatore che si erano educati sui modelli del secolo precedente: perchè, ripeto, nelle miniature non c' è differenza alcuna; e quanto alla scrittura, o sia originale o sia d' imitazione, ha il tipo schietto della scrittura caratteristica dei Passionarî e dei Leggendarî italiani del secolo XI.'

Qua ex disputatione sequitur librum S. Marcianum saeculo XI°, S. Crucianum uero, quantum ad libros Apioneos attinet, XII° esse attribuendum, ille uero cum neglegentius descriptus [1]) huius fons fuisse nequeat, tertio cuidam codici nunc deperdito cum S. Cruciano menda utrique communia debere uidetur. ceterum codicum horum ratio alterutra, cum uterque ex libro Laurentiano fluxerit, ad uerba interpretis restituenda nullius est momenti. atque haec quidem praefationi addenda habui.

In apparatu critico congerendo hic illic nescio quo casu quaedam omisi, alia typothetae errori debita non satis animaduerti, nouas denique emendationes a Niesio Guentheroque, cum plagulas examinarent, missas partim iam textui subieci partim hoc demum loco addere aut potui aut uolui. quae omnia unum in locum collecta nunc supplementi loco submitto.

ad p. 3, 5 *conscientiam*] *consistentiam* conic. Guenther.
ad p. 5, 16 *illo*] *ullo* CP.
ad p. 8, 9 *dicunt esse* tr. P.
ad p. 10, 1 *est, si*] *est, et si* coni. Guenther.
ad p. 16, 16 in notis pro *eum P* legas *cum P*.
ad p. 21, 8 *rectissime*] *quod rectissime* conic. Niese.
ad p. 22, 7 addas *armesianus* R
ad p. 23, 1 *adiecit*] probat Guenther laudans Collectionem Auellanam II 759, 8 *rursus adiecit uxor Lia ut conciperet.*
ad p. 25, 14 in notis legas: *pecunias*] *pecunia* Le *peccuniam* B.
ad p. 27, 15 *Fellete* coni. Niese.
ad p. 31, 10 *obsidentes*] in nota delendum est B.
ad p. 31, 13 in nota corrigas: *quorum* LRCPe.
ad p. 34, 5 *Carcamane*] *Carmania* scribi iubet Niese.
ad p. 36, 7 *inter sacramenta cum*] *inter haec tamen cum* proponit Niese, *inter sacramenta uero cum* Guenther.
ad p. 41, 22 *conuersationem ‹suam›* CCo.
ad p. 45, 4 *si*] *dum R* addas.

[1]) exempli gratia omisit M p. 7, 4 *eos*; 7, 20 *quidem*; 8, 18 *discordia*; 13, 13 *uero*; 16, 2 *uniuersi*; mendose scribit p. 4, 4 *arbitrati sunt*; 5, 2 *euentarumque*; 5, 20 *sapientibus*; 8, 13 *de antiquitate*; 10, 16 *eius rei*; 10, 22 *alienarum*; 24, 9 *carchedonam nuncupauerunt.*

ad p. 47, 12 *praedicturum*] *praebiturum* conic. Guenther.
ad p. 52, 8 *filiorum*] L *filio* corr. L[3].
ad p. 53, 1 *sectiones*] in nota *R* pro *B* reponas.
ad p. 58, 1 *impossibilitatis concupiscentiam*] simile exemplum ex Collectione Auellana p. 12, 9 notat Guenther: *aliquam atrocitatis mortem.*
ad p. 61, 5 *sacerdotes atque ad iuris iurandi uinculi illorum instinctu* (uel *adinuentione*) *multitudinem conuenisse* proposuit Niese.
ad p. 61, 19 *corpore*] *et corpore* conic. Niese *corporeque* Guenther.
ad p. 63, 15 *inhabitarent*] rescribas *habitarent*, notam sic corrigas: *inhabitarent* BCPa.
ad p. 74, 5 *mordentur*] *mordenter* R.
ad p. 79, 14 *se nostram* ***] *semen nostrum* conic. Guenther.
ad p. 86, 14 *et ea*] sic Co, diffido ergo de C recte collato.
ad p. 91, 15 in nota delendum est *quod P.*
ad p. 92, 11 *et obstipuis* <*se quis esse*>*t is homo* conic. Guenther.
ad p. 96, 18 notam corrigas sic: *qui—eorum*] om. Le.
ad p. 97, 9 *agentes*] *agens* R.
ad p. 100, 16 notam corrigas: *alios uero—famosissimos*] om. L(D)e
ad p. 104, 3 in nota legas: *iuxta L* (non *B*).
ad p. 105, 15 *onus*] nunc conicio: *opus*, ἔργον et λόγον ab interprete confusa arbitratus.
ad p. 106, 1 *legiptime* C.
ad p. 108, 11 in nota legas: οἵους coni. Niese, ὅν A.
ad p. 111, 9 *haec*] *hoc* R.
ad p. 111, 16 in nota legas: *abstinere R* (non *B*).
ad p. 114, 5 *robur*] om. *B.*
ad p. 114, 12 sqq. in notis uersuum numeros corrigas.
ad p. 115, 19 *forma*] *fortuna* R.
ad p. 118, 10 *est*] *esto* conic. Guenther.
ad p. 119, 7 *dum ob*<*itu ab*> *hec fit aliena* conic. Guenther.
ad p. 123, 8 *firmissimam quia hi qui* conic. Niese.
ad p. 124, 16 in nota pro *R* reponas *P.*
ad p. 125, 1 *de*] om. *B.*
ad p. 125, 5 *Lycurgi*] *ligurgi* R, *Lycurgum* coni. Guenther.
ad p. 128, 2 *proiectiones*] *per obiectiones* conic. Guenther.

CONSPECTVS SIGLORVM
ET SCRIPTVRAE COMPENDIORVM.

L = codex Laurentianus plut. LXVI, 2; L^{1234} indicant manus eiusdem codicis correctrices eodemque modo B^2C^2 reliqua intellegas.
Cr = cod. Laurent. S. Crucis plut. XIX sinist. 1.
M = cod. Florentinus S. Marci 385.
B = cod. Bodleianus Canonicianus 148.
R = cod. Parisinus lat. 5049.
V = cod. Venetus Marcianus X, 60.
H = cod. Musei Britannici Harleianus 4962.
D = cod. Dresdensis A 111.
Mo = cod. Monacensis lat. 22105.
C = cod. Cheltenhamensis Phillippicus 12311.
P = cod. Parisinus lat. 1615.
Pa = cod. Parisinus lat. 5054.
Co = cod. Corsinianus 839.

e = editio princeps Veronensis anni 1480 f = ed. Frobenii Basileensis a. 1524 *Sobius* = ed. Coloniensis a. 1524 *Gelenius* = editio Sigism. Gelenii Parisiensis a. 1535	} operum Iosephi uersionis antiquae.

Λ = cod. Laurent. plut. LXIX, 22 Graecus.
ed. princ. = editio operum Iosephi Graecorum princeps a. 1544.
Eus, *Euseb* = Eusebii operum loci Flauiani.
Sync, *Syncell* = Georgius Syncellus.
Theoph = Theophilus Antiochenus contra Autolycum III 20—23.
Porphyr = Porphyrius de abstinent. IV 14.
Cosmas = Cosmas Indicopleustes in topogr. Christiana in Montefalconii Collectione noua Patrum uol. II.
Exc Peir = Excerpta Peiresciana ex Constantini Porphyrogenetae Collectaneis de uirtutibus et uitiis ed. Iul. Wollenberg. (Progr. Gymnas. Francogallici.) Berol. 1871. 4.
Gutschmid = Alfredi a Gutschmid commentarius in Iosephi contra Apionem libros (Opuscula IV p. 336—589).

add., *addid.* = addit, addunt, addidit, additum similia.
cf., *cfr.* = confer, conferatur similia.
corr. = correxit, correctum, correctura similia.
emend. = emendauit similia.
eras. = erasit similia.
i. e. = id est.
in m., in marg. = in margine.
interp. = interpres.
lin. = linea.
m., *man.* = manus; 1 m. = prima manus.
mut. = mutauit sim.
om. = omittit, omissum sim.
r., *ras.* = rasura.
rec. = recens.
s. v. = sub uoce.
s., *superscr.* = superscripsit sim.
superp. = superposuit simil.
suppl. = suppleuit sim.
tr. = transposuit sim.
u. = uersus.
*** asterisci lacunas indicant.
| uel ≣ rasuras significant.
<> uncis in textu inserenda, in apparatu uerba a librariis superaddita circumsaepsi.
[ ] uncis secludenda notaui.
? signum codicum siglis addidi ubi de lectione diffidebam.
| lineola finem uersus, ‖ lineolis finem columnae uel paginae notaui.

FLAVII IOSEPHI

DE IVDAEORVM VETVSTATE

SIVE

CONTRA APIONEM

LIBRI II

LIBER PRIMVS.

I. Sufficienter ut arbitror et per libros antiquitatum, opu-
lentissime uirorum Epaphrodite, legentibus eos aperui de
nostro genere Iudaeorum, quia et uetustissimum est et
primam conscientiam propriam habuit nec non et quemad-
modum regionem, quam nunc habuimus, habitauit. quinque
milia enim annorum numerum historiam continentem ex
nostris sacris libris Graeco sermone conscripsi. quoniam uero 2
multos uideo respicientes blasphemiam quorundam insane
prolatam et ea, quae a me de antiquitate conscripta sunt, non

LBR, CP(Pa), e. — Λ, ed. pr(inc. Graeca)

In L titulus deest, manus saeculi XVI uel XVII in marg. add.: De uetustate Iudeorum libri duo Iosephi aduersus appionem grammaticum; *in B deest, spatium undecim uersuum librarius uacuum reliquit; in Cr M deest; in R deest, manus recentissima add.:* Fl. Iosephi contra Appionem; *in C minio scripta sunt haec:* Incipit liber uigesimus primus flauii Iosephi contra manethonem et plures alios qui liber non distinguitur per capitula sed totum simul legitur sub primo capitulo. Et hic incipit capitulum primum ∴ ∴. *Proinde alteri eiusdem paginae columnae inscribitur:* Item capitulum primum contra manethonem et alios. — *P exhibet haec:* Incipit liber primus flauii Iosephi dissertissimi hystoriography contra manethonem egypticum et ceremonem stoycum et alios. *Co(rsinianus 839) fol. 23:* Inuectiue Iosaphi contra Apionem et Molonem. *D(resdensis 118) habet haec ex Hieronymo de uir. ill. 13 sumpta:* Iosephi machaciae filii hebraei genere sacerdotis ex hierosolymis de antiquitate Iudeorum contra Appionem grammaticum Alexandrinum capitulum primum. *Eadem e uerbis* capitulum primum *omissis repetit.*

2 Pa per §§ 1—3 collatus est. et] *om. CPPa* 3 apperui *CP* 5 conscientiam] ὑπόστασιν nec non—habitauit] *om. L (qui seruauit antea pro* habuit *uocem* habitauit, *L^2* uit *superscripto restituit:* habuit) *B (sed prima manus in imo margine suppl.)* e 7 enim milia *tr. CPPa* milia] millis *Pa* 10 quae] quae dicta sunt *R*

credentes, putantes indicium, quasi nouellum sit nostrum genus, eo quod nulla memoria apud Graecorum nobiles
3 historiographos digni sunt habiti nostri maiores, pro omnibus his arbitratus sum oportere me breuiter haec dicta conscribere et derogantium quidem uesaniam spontaneumque increpare mendacium, aliorum uero ignorantiam pariter emendare, uniuersosque de nostra antiquitate, qui scilicet ueritatem amplec-
4 tuntur, edocere. utar autem in meis dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud Graecos fide digni sunt iudicati; eos autem, qui blaspheme de nobis atque fallaciter conscripserunt aliqua, per semetipsos conuictos indubitanter ostendam.
5 conabor autem etiam causas exponere, propter quas non multi in Graecis historiis gentis nostrae fecere memoriam, nec non et eos, qui de nobis nequaquam scribere siluerunt, nescientibus aut nescire simulantibus indicabo.
6 II. Primitus itaque satis ammiror eos, qui aestimant oportere de rebus antiquis Graecis tantummodo fidem haberi et ab eis consulendam esse ueritatis integritatem, nobis autem et aliis hominibus non esse credendum; sed ego omnia in his contraria uideo contigisse. quapropter decet non uanas opiniones inspicere sed ex ipsis rebus iustitiam ponderare.
7 omnia siquidem Graecorum noua et heri uel ut ita dicam

LBR, CP(Pa), e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 indicium] *ex Graeco* τεκμήριον *scr.*, iudicium *codd.* indicium—genus] mendacium quasi nostrum sit genus e nostrum sit *tr.* *R* 3 hystoriagraphos *Pa* 5 et] *abest a Graecis* uesaniām *L* uesanum e spontaneumque] spontaneam simulque *C* spontaneam undique *P* spontaneum undique *Pa* 9 iudicati] iudicamu *L* iudicandi *ex corr.* *L*[2],*BR*e 10 conscripsere *ut solet in talibus* e *quod hoc solo loco noto* 11 conuictos] conuinctos *L* (-os *s.* *L*[2]: a) conuincta *B* conuIctos *C* cumuinctos *P* conuicta e 12 autem] *om.* e 14 qui de] quidem e siluerunt] uoluerunt e 15 aut] autem *R* 16 primum *C* itaque] ita *P* extimant *C* exstimant *B* existimant e oportere *post* antiquis *tr.* *R* 17 habere *LB*e 20 quapropter] εἴγε uarias e 22 siquidem] γε Λ heri uel| here ul *L* (here *in* heri *corr.* *recte* *L*[2]) here uel *C* hec uel *P* herius e

nuper facta cognouerit, hoc est fabricas ciuitatum et adinuen-
tiones artium conscriptionesque legum cunctarumque rerum
iunior apud eos est historiae diligentia conscribendae. apud 8
Aegyptios autem atque Chaldaeos et Phoenicas, desino enim
nos illis connumerare, sicut ipsi fatentur res gestae anti-
quissimam et permanentem habent memoriae traditionem. nam 9
et locis omnes inhabitant, quae nequaquam aëris corruptioni
subiaceant, et multam prouidentiam habuerunt, ut nihil horum,
quae apud eos aguntur, sine memoria linquerentur, sed in
publicis conscriptionibus semper a uiris sapientissimis dica-
rentur; Graecorum uero regionem innumerae corruptiones 10
inuaserunt rerum memoriam delentes. si autem nouas consti-
tuentes conuersationes omnium se praeesse crediderunt, sciant.
quia etiam sero et uix naturam potuerunt agnoscere litterarum:
nam antiquissimum earum usum habuisse creduntur a Phoe-
nicibus et a Cadmo se didicisse gloriantur. sed neque illo 11
tempore poterit aliquis demonstrare seruatam conscriptionem
neque in templis neque in publicis anathematibus, quando
etiam de Troianis rebus, ubi tot annis militatum est, postea
multa quaestio atque contentio facta est, utrum litteris usi

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 cognouerit] εὕροι, *unde conieci;* cognoui. et *codd.* e εὑρήσεις *Euseb* hoc] haec e 3 iunor *L* diligenda *P* conscribende *B* (*a 1. m. in -da corr.*), conscribenda *LRCP*e 4 enim nos *om. CP* 5 ipse *R* fatentur ipsi *tr. B* 7 aëris] ἐκ τοῦ περιέχοντος 8 nihil horum] nichilorum *L*[1] nihil eorum *R* 9 aguntur] geruntur *R* relinquerentur *CP* 10 dicarentur] καθιεροῦσθαι dicarentur *B* dictarentur *RCP* dicerentur e 12 si] ἀεὶ, *in codice suo Graeco* εἰ *habuisse uidetur interpres, qui postea, ut haberet apodosin,* sciant quia *inseruit* qui e 13 sciant quia] *in Graecis non extant.* 14 sero] scio *R* 15 habuisse *L* 16 et a—didicisse] et cadmos (cadinos *R*) edidicisse (*ex* edidisse *B* e didicisse *R*) *L* (*L*[2] s *lineola a* cadmo *separatum cum* e *coniunxit*) *BR* a cadōs e didicisse *P* illo tempore] ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου *Euseb* ἐπ' ἐκείνου τοῦ χ. Λ 18 anathematicis *P* 19 de Troianis rebus—est] περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ἔτεσι στρατευσάντων de io troianis *L* (*ipse expunxit*) 20 usi sunt] usi sint *BRCP*

sunt; et magis ueritas optinuit, eo quod usus modernarum
12 litterarum illis fuisset incognitus. constat autem, quoniam apud Graecos nulla inuenitur absolute conscriptio poëma Homeri uetustior, et hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. et aiunt neque hunc litteris suum poëma reliquisse, sed cantibus memoria reseruatum postea fuisse compositum et propterea multam in eo conspici dissonantiam.
13 qui autem historias apud eos conscribere temptauerunt, id est hi, qui circa Cadmum Milesium, et Acusilaus Argiuus et post hunc quicumque alii fuisse referuntur, paululum tempus
14 Persicam apud Helladium militiam praecesserunt. sed etiam eos, qui de caelestibus et diuinis primitus apud Graecos philosophati sunt, id est Pherecydem Syrum et Pythagoram et Thaletem omnes concorditer confitentur Aegyptiorum et Chaldaeorum fuisse discipulos et breuiter conscripsisse, quae a Graecis omnium antiquissima iudicantur, ita ut uix ea credant ab illis fuisse conscripta.
15 III. Quomodo ergo non est inrationabile, ut tali fastu uegetentur Graeci, tamquam soli sciant uetera et ueritatem eorum sub scrupulositate contradant? an quis non ab ipsis

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 usus] usu *CP* 2 fuisse *P* incognitū *C* 3 conscri *B*, *quod rec. man. parum recte correxit in* conscribi poemate *L³Re* omeri *C* 4 et] *om. R* 5 aiunt] ante e 6 cantibus] ᾀσμάτων Λ γραμμάτων *Eus* memoriae *R recte?* 7 multa *B* conspexi e dissonantia *LB* dissonantiā *L³* 9 hi] *om. CP* circa] carca *L* (i *s. L³*) *CP* circa cadmum] circadamum e cadinum *R* mileseum *LB* milefium *P* acusilaum *CP* Argiuus et] argius et *LBR* argiuis. sed *C* argiuisset *P* 10 paulum *R* 11 apud Helladium] ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα apud hellidium *CP* apud hellanicum e eos etiam *tr.* e 12 primitiis *ex* -tus *corr. B²* 13 sunt] *om.* e id est] idem e fericidem *codd.* siru *L* cyrum *R* Σύριον pithagora *L corr. L³* 14 thalitem *LBP* thales *L³* (*s.* c les) talethem *R* 16 ut] *om. LBRe*, *s. L³*. 18 inrationabile] irrationabile *RPe* fastu] *conieci.* factu *Le* facto *BRCP* 19 uegentur (te *s. 1 m.*) *B* uegerentur *P* ueritatem] *in marg. L³ add.:* c (*i. e.* corrigas) uetustatem 20 contradant. an quis] de antiquis e an quis] *e Graecis* ἤ τίς *restitui*, aquis *LBR* a quibus *CP*

conscriptoribus facillime discat, quia neque firmiter scientes aliquid conscripserunt, sed quod unusquisque opinatus est hoc studuit explanare? unde etiam libris suis alterutros arguunt et ualde contraria ex rebus eisdem non piget eos
edicere. sed ego uidebor me potioribus esse superfluus, si 16
explanare uoluero, quantis quidem locis Hellanicus ab Acusilao de genealogiis discrepat et in quantis Isidiotum corrigit Acusilaus aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum uero Timaeus et Timaeum qui post illum fuerunt, Herodotum uero cuncti:
sed neque de Siculis cum Antiocho et Philisto aut Callia 17
Timaeus concordare dignatus est neque rursus de Atticis hi, qui Atthidas conscripserunt, aut de Argolicis, qui de Argis
historiam protulerunt, alterutros consecuti sunt. et quid 18
oportet dicere de ciuitatibus breuibusque rebus, quando de militia Persica et his quae in ea sunt gesta tantum uiri probatissimi discordasse noscuntur? in multis autem etiam Thucydides tamquam fallax accusatur, licet scrupulosissimam secundum se historiam conscripsisse uideatur.
IV. Causae uero huius dissonantiae multae quidem forsan 19

LBR, CP. e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 discant *codd.* e μάθοι   neque] μηδὲν Λ μηδὲ ἓν *Euseb*   4 ex| περὶ, παρὰ *legisse uidetur interpres, nisi* ex *in* de *corrigi iusseris.*   non eos piget (eos *in ras.*) *tr. B*   eos *om.* e   5 educere *R* dicere *CP* me] ne *L*e *om. CP*   superfluum e   6 hellanifus *L* f *in* c *L*[1] *ita correxit, ut similis litterae* f *existeret, unde in* hellanufus *nomen abiit apud Cr M* hellanitiis *P*   agesilao e   7 genealogiis] -al- *in r. B* geonologiis *R*   Isidiotum] Ἡσίοδον ysiodo(-di- *P*)tum *CP* herodotum *D*e 8 implurimis *B*   9 et] καὶ *om. LP*e   10 herodotum] Frodotum *L* Trodotum *B* erodotum *R* Terodotum *C* koerodotum *P*   11 Siculis] singulis *codd.* e σικελῶν Λ   calia *LB*   12 athicis *P*   13 attidas *LB*e atticas *RC*[2]   14 pertulerunt *R*   16 militia Persica] *cum Eusebio concinit,* τῆς περιοικήσεως τῆς Περσικῆς στρατείας Λ de militia *ex* dicere malitia *corr. L*[2]   tantum] tñ *R*   uiri [illegible] *B*   17 autem| *om. CP*   18 Thucydides tamquam] thucididis tamquam *LBR* (thuchidis *R*) thucididista quam *CP*   20 huius] τοιαύτης *Euseb* τοσαύτης Λ quidem] *om. R*e

et aliae quaerere uolentibus apparebunt. ego uero duabus quas
dicturus sum maximam huius summam diuersitatis asciibo.
et quidem primum dico eam, quae mihi proprior esse uidetur,
20 id est eo quod ab initio non fuerit studium apud Graecos
publicas de his quae semper aguntur proferre conscriptiones.
hoc etenim praecipue et errorem et potestatem mentiendi posteris
21 uetus aliquid uolentibus scriptitare concessit. non enim solummodo apud alios Graecos publica conscriptio est neglecta, sed
neque apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt
disciplinaeque cultores, aliquid huiusmodi reperitur factum, sed
publicarum litterarum antiquissimas esse dicunt leges, quae a
Dracone eis ex Phoenicibus sunt conscriptae ante modicum
22 tempus tyrannidis Pisistrati. de Arcadibus autem in antiquitate
gloriantibus quid oportet dici? uix enim isti et postea litteris
eruditi sunt.

23 V. Cum ergo conscriptio nulla proponeretur, quae et discere
uolentes edoceret et mentientes argueret, multa inter alterutros
24 conscriptores discordia generata est. secũnda uero causa
uarietatis post illam haec ponenda est, quoniam qui ad conscribendum se praeparabant non studium ueritatis exhibuerunt,
licet haec promissio semper habeatur in promptu, sed uerbo-
25 rum magis habuere prolationem maximam. et quemadmodum

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

3 primum] plurimum *R*   propriorum *R*   4 ab initio] ἐξ ἀρχῆς Λ ἐξετασθῆναι *Euseb*   5 quae aguntur et semper proferre *C* q; aguntur semper proferre *P*   6 et *ante* errorem] *om. R*   et *post* errorem] de *P*   metiendi *L* (L^2 *s.* n)   7 scriptare *L* (L^2 *s.* ti)   10 huiusmodo *L* (L^2 *in* -di *corr.*)   factum] *om.* e   11 antiquissimis *L* (*correxit* L^2) *R*   dicunt esse *tr. P*   12 dracone eis] draconeis *R*   ex Phoenicibus] περὶ τῶν φονικῶν (φοινίκων Λ)   13 de Arcadibus] dicarcadibus *L* (ic *litteris superp.* L^2 e) dicā reatibus *B*   14 isti *om. R*   16 nulla] ulla *P*   praeponeretur e   17 uolentes] uolentis *L* (L^3 *in m.*: c tes, s *superscr.*) uolentibus *B* (*ras. in* -tes *mut.* B^2) uolentibus e   18 secunda—ponenda est] *om. De*   uarietatis causa *tr. R*   19 ad conscribendum] ad pre con spo crinendum *L* (L^2 scribendum *superscr.*) ad ꝑscribendum *B*e ad praeconscribendum *R* ad componendum *P*   21 impromtu *LB*   22 habuere] *ex* ἐπεδείκνυντο *coneci*, habere *codd.* e   quamadmodum *R*

laudari se in hoc super alios aestimarent, ad hoc potius
semet ipsos aptabant, aliqui uero ad fabulas sunt conuersi,
aliqui autem ad gratiam aut ciuitates laudantes aut reges;
alii semet ipsos ad accusandas causas aut conscriptores tradi-
derunt in hoc se fore probabiles aestimantes et omnino hoc 26
agentes, quod historiae nimis aduersum est. uerae siquidem
historiae indicium est, si de hisdem rebus omnes eadem
dicant atque conscribant. hi uero cum quaedam aliter conscri-
berent quam alii, tunc se putabant omnium ueraciores ostendi.
quapropter causa quidem uerborum et calliditatis eorum cedere 27
nos Graecis oportet, non autem de antiqua historiae ueritate
et maxime de rebus propriis uniuscuiusque prouinciae.

VI. Quoniam uero apud Aegyptios et Babylonios ex lon- 28
gissimis olim temporibus circa conscriptiones diligentia fuit,
quando sacerdotibus erat iniunctum et circa eas ipsi philoso-
phabantur, Chaldaei uero apud Babylonios, et quia praecipue
Graecis immixti usi sunt Phoenices litteris circa dispensationes
uitae et communium operum traditionem, dum consentiant
omnes, tacendum hoc puto. de nostris uero progenitoribus, 29
quia eandem quam praedicti habuerunt in conscriptionibus
sollicitudinem, desino dicere etiam potiorem, pontificibus et
prophetis hoc imperantes, et quia usque ad nostra tempora

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 super, up *in ras.* L^2 aestimarent] extimarent *CP* 2 conuersi sunt *tr. R* 3 aliqui] alii *C* 4 acusandas *B* aut] *om. B expunxit* L^1 ἤ 5 sese *CP* fore] forte *codd.* e *ex Graeco* εὐδοκιμήσειν *emendaui* aestimantes] existimantes *C* 7 de] *om.* e hisdem] eisdem e 8 hi uero] hinc *CP* cum—alii] εἰ ταῦτα γράψειαν ἑτέρως Λ (*omisso* μή *ab Eusebio post* εἰ *prolato*) aliter] taliter *B* 9 ali *R* 10 causa] causas *LBR*e calliditates *R* calliditatis eorum] τῆς ἐν τούτοις δεινότητος 12 propriis] propriae *LBR*e 13 Quoniam uero] quando (qn) *P* uero] *om. C* apud] *om.* e 15 eos *R* philosophiophabant *R* philosophabant *LB*e*CP cfr. uero lib.* II § 23 philosophati sunt 16 et quia] quiue *CP* 17 usi sunt *inter uersus suppl.* L^2 phęnices *L* phenicis *corr.* L^2B phoenicis e dispensationem *R* 18 traditionum *CPL* (*ipse in* -em *corr.*) 20 quia] qui *CP*

cum multa integritate seruatum est, si oportet audentius
dici, etiam seruabitur, conabor breuiter edocere.
30 VII. Non enim solummodo ab initio probatissimos uiros et
in dei placatione praeparatos ad haec exercenda constituerunt,
sed quatenus etiam genus sacerdotum sine permixtione purum-
31 que consisteret prouiderunt. oportet enim eum, qui sacer-
dotium habiturus est, ex eiusdem gentis nasci muliere et neque
ad pecunias neque ad honores inspicere et de hoc per anti-
32 quam lineam et multis testibus approbare. quod scilicet
agimus non solum in ipsa Iudaea, sed ubicumque nostri
generis constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista seruatur
33 circa nuptias sacerdotum, hoc est in Aegypto et Babylonia
et quocumque terrarum orbe quilibet de sacerdotum genere
sunt dispersi. mittunt enim in Hierosolymam conscribentes
a patre nomen nuptae et antiquorum progenitorum, quicum-
34 que huius rei testimonia praebuerunt. si autem bella proue-
niant, sicut iam crebro factum est, dum Antiochus Epiphanes
ad nostram uenisset regionem et Pompeius Magnus et Quin-
35 tillus Varus, et praecipue nostris gesta temporibus, tunc hi
qui de sacerdotibus supersunt ex antiquis litteris iterum noua
conficiunt et probant mulieres, quae relinquuntur. non enim
ad captiuas accedunt alienigenarum consortia formidantes.
36 indicium uero integritatis hoc maximum est, quia pontifices
apud nos a duobus milibus annis denominati filii a patre
conscripti sunt. his autem qui praedicti sunt, si quid praeua-

LBR, CP, e. — Λ, ed. pr.

2 dici] dicere *C om.* e seruabitur] seruatum est *P* 4 in dei] *ex Graecis correxi,* inde *codd.* e plecatione *R* 6 qui—habiturus est] τὸν μετέχοντα 7 eiusdem] eius *R* 8 ⟨et⟩ neque *LB*e honeres *P* et de hoc—approbare] *Graeca paululum mutauit interpres* 9 approbari *CP* 11 reperietur *R* et⟨in⟩*R* 13 quacumque *R* orbe] urbe *L* (*corr.* L^3 *in* orbe) *BR* quilicet *P* de] *om. R* 14 enim] et *R* 15 quicumque] καὶ τίνες, *unde conicias* et *esse inserendum* 16 rei *om. C* 17 sicuti *P* crebroş *R* anthiochis *R* 18 quintilus uarrus *R* quintilius e 22 accedunt] *sequuntur in textu Graeco insiticia ut uidetur haec:* πολλάκις γενονυιῶν αὐταῖς 23 iudicium *R* 25 his autem qui praedicti sunt—interdicitur] *Graeca non intellexit interpres* si quid] siquidem *R*

ricentur, interdicitur, ne uel ad altare accedant uel alia sancti-
ficatione fungantur. recte siquidem, potius autem necessarie, 37
cum neque conscribendi potestas omnibus data, neque aliqua
sit in descriptione discordia, sed solummodo prophetis anti-
quissima quidem et ueterrima secundum inspirationem factam
a deo cognoscentibus, alia uero secundum se sicuti facta sunt
palam conscribentibus, (VIII) infiniti libri non sunt apud nos 38
discordantes et sibimet repugnantes, sed solummodo duo et
uiginti libri habentes temporis totius conscriptionem, quorum
iuste fides ammittitur. horum ergo quinque quidem sunt 39
Moyseos, qui natiuitates continent et humanae generationis
traditionem habent usque ad eius mortem: hoc tempus de
tribus milibus annis paululum minus est. a morte uero Moyseos 40
usque ad Artaxerxem Persarum regem, qui fuit post Xerxem,
prophetae post Moysen ea, quae secundum eos sunt gesta,
conscripserunt in tredecim libris. reliqui uero quattuor hym-
nos in deum et uitae humanae noscuntur pignora continere.
ab Artaxerxe uero usque ad nostrum tempus singula quidem 41
conscripta, non tamen priorum simili fide sunt habita, eo
quod non fuerit certa successio prophetarum. palam namque 42
est ipsis operibus, quemammodum nos propriis litteris cre-
dimus; tanto namque saeculo iam praeterito neque adicere

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 uel *prius*] ut *P* altare] altarium *LR* altaria L^3 (*superscr.*: c ria) 3 conscribendi] τὸ ὑπογράφειν Λ alia e 4 descriptione] disceptione (r superscr.) *L* discerptione *B* discrepatione *R* discretione e 5 conspirationem *C* 6 a deo] ad eo *LB* sunt facti *tr.* e facta] facti *LBRCP*e facta *correx.* C^2 *recte ut arbitror.* 7 infiniti] infiniti enim *C* infiniti ē (*i. e.* est) *P* 10 ammittitur (d superscr.) *corr.* L^2 11 natiuitates] τούς τε νόμους *Euseb* γενομένους Λ continet *L* (-ēt L^2) humanae generationis] τῆς ἀνθρωπογονίας *Euseb* ἀπ' ἀνθρωπογενίας Λ generationes L^1B 12 habent] *om.* *R* mortem] τελευτῆς. 14 artaxerxen *R* artaxersem *C* Xerxen *R* Xersem *C* 15 ea] et ea *R* et e 16 tresdecim *P* quatuor *CP* hymno *R* 17 pignora noscuntur *tr.* *R* 18 Artaxerse *C* 19 conscripta <sunt> *R* primorum *R* priori e 21 quemammodum] *P* quemadmodum *reliqui codd.* nos] *om.* *P* credimus] πεπιστεύκαμεν Λ πρόσιμεν *Euseb* 22 addicere e

quisquam aliquid nec auferre nec transformare praesumpsit.
omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Iudaeis
haec diuina dogmata nominare et in his utique permanere et
43 propter ea, si oporteat, mori libenter. iam itaque multi cap-
tiuorum frequenter tormentis affecti sunt et mortes uarias in
theatris sustinuerunt, ne ullum uerbum contra leges ammit-
44 terent aut conscriptiones habitas postea uiolarent. qui
Graecorum aliquid tale perpessus est? quando neque fortuitam
sustinere laesionem uolunt, licet omnia apud eos scripta
45 destruantur; uerba enim haec esse putant secundum conscri-
bentium uoluntates exposita. et hoc iuste etiam de antiquis
sapiunt, quoniam aliquos nunc quoque uident praesumentes
de his rebus conscribere, quibus neque ipsi interfuerunt,
46 neque credere scientibus adquiescunt. denique de bello, quod
apud nos contigit nuper, quidam historias conscribentes
ediderunt, dum neque ad ea loca uenerint, neque in proximo
rerum gestarum fuerint, sed ex auditu quaedam pauca com-
ponentes inpudenter semet ipsos uidentur historiae nomine
iactitare.
47 IX. Ego uero et ex omni bello et quae ibi particulariter
gesta sunt, ueram descriptionem feci, dum ipse rebus omni-
48 bus interfuerim; dux etenim apud nos Galilaeorum eram,
donec fuit defendendi facultas. contigit autem ut caperer a
Romanis et habentes me Vespasianus et Titus in custodia
uniuersa semper inspicere faciebant. primo quidem uinctus,

LBR, CP, e. — Λ, ed. pr.

1 quisquam] s *in rasura L* quicquam *B*e aliquis e neque auferre *R* 2 mox] *ex* mos *corr. C* ex] *Graecum* ἐκ *secutus scripsi cum ed. Mediol.* et *codd.* e 3 docmata *B* nominare] ὀνομάζειν Λ νομίζειν *Euseb* 3 itaque] ita *R* utique *CP* 6 ammitterent] amitterent (d *1 m. s.*) *L* admitterent *rell. codd.* e 7. postea] *om.* e qui] ὅστις *pro* ὅ τίς *exhibet* Λ quis *CP* 8 furtuitam *LB* (*corr. B*[1]) e 9 sostinere e scripta] conscripta *R* 14 credere] κυθέσθαι, *interpres legisse uidetur* πείθεσθαι adquiescunt] ἐφιλοτιμήθησαν acquiescunt *RC* 15 nuper contigit *tr. CP* conscribentes *om. P* 20 uero et] et *om. R* ex] περί, *unde conicio* de 21 discrtionem *L* (p *supra*) rebus <et> *L* 22 interfueram *R* 24 uespesianus e

postea uero solutus cum Tito ab Alexandria propter obses-
sionem Hierosolymorum directus sum. eo tempore nihil est 49
gestum, quod meam potuisset latere notitiam. nam uidens
Romanorum exercitum uniuersa sub diligentia describebam
et ea quae nuntiabantur ab his, qui semet ipsos tradebant,
ego solus integrius intellegens disponebam. deinde Romae 50
tempus uacationis habens, omni iam negotio praeparato usus
aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Graecam
rerum editionem exhibui. tantaque mihi securitas adfuit ueri-
tatis, ut primos omnium imperatores belli Vespasianum et
Titum testes exposcerem. primum namque illis optuli libros, 51
et post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfue-
runt, plurimis uero nostrorum eos etiam uenundaui, qui
Graeca sapientia uidebantur imbuti, quorum est Iulius Arche-
laus, Herodes honestissimus et ipse ammirabilis rex Agrippas.
isti siquidem uniuersi testimonium perhibuerunt, quia ueri- 52
tatem diligens excolui, non reprimentes forsitan aut tacentes,
si quid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutaui
aut praetermisi.

X. Quidam uero praui homines derogare meae historiae 53
sunt conati, tamquam in scolis adulescentium propositum
exercentes et accusationis insperatae atque detractionis facien-
tes opus, cum oporteat illud sciri, quia conuenit promitten-

LBR, CP, e. — Λ, ed. pr.

1 propter] πρός 2 directus] ductus *C* 3 meam] in eam *P* uidens] uideris *P* 4 discribebam *L* describenda *P* 6 intelligens *LBR* e Romae] rōne *R* 9 editionem] eruditionem *Le* edionem *B* παράδοσιν, *ex quo conicio scribendum esse*: traditionem ueritatis] *om. B* 10 imperatoros *R* uespesianum e 11 <non> exposcerem e 13 uenundedi *B* uenūdaui *CP* 14 archealaus *B* (*correx. ipse in* archelaus) 15 et ipse] αὐτὸς agrippa *BRe* 17 diligenter *B* ἐπιμελῶς exolui *R* reprimentes] ὑποστειλάμενοι reprimens *L* (te *s. L*[3]) *BRe* forsitam *P* aut] non *R* tacentes] σιωπήσαντες tacens *LBe* 18 si] ἢ Λ 20 derogaui *L* (re *s. L*[2] *litteris* ui *expunctis*) 21 scholis e adolescentium *Be* ppositum *P* 22 excercentes *L* inspiratae *codd.* e detractiones *L* (*ipse corr.*) 23 cum] eum *R* quia <quod> *LBe*

tem aliis rerum ueracium traditionem ipsum prius haec nosse
certissime aut rebus gestis adhaerendo aut ab scientibus
54 consulendo, quod ego praecipue circa utrumque me credo
fecisse negotium. antiquitatis namque libros, sicuti dixi, ex
uoluminibus sacris interpretatus sum, cum essem genere
55 sacerdos et participarer illarum sapientiam litterarum; histo-
riam uero belli conscripsi multarum quidem actionum ipse
operator, plurimarum uero inspector existens et omnino eorum
56 quae dicta uel gesta sunt nihil ignorans. quomodo ergo non
procaces quilibet aestimabit eos, qui aduersum me nituntur
de ueritate contendere? qui licet imperatorum commenta legisse
dicantur, non tamen nostrorum repugnantium rebus inter-
fuerunt.
57 XI. De rebus itaque necessariam feci digressionem signi-
ficare uolens facilitatem eorum, qui historiam scribere com-
58 promittunt, et sufficienter, sicuti reor, palam faciens, quia
conscriptio rerum apud barbaros potius sollemnior, quam apud
Graecos est, uolo paululum primitus disputare aduersus eos,
qui contendunt nouellam esse nostram conuersationem, eo
quod nihil de nobis, ut aiunt illi, dictum sit a conscriptoribus
59 Graecis; deinde testimonia antiquitatis ex aliorum litteris

LBR, CP, e. — Λ, ed. pr.

1 traditionū *L* (*L^2 corr.*) *BR* nosce *Re* 2 a^{h}derendo *B* inhaerendo *R* a scientibus *CP* 3 eṛgo *L* utrumquia *R* 5 geneẹẹrẹ^{re} *L^2 corr.* 6 participarer] *ex* participaret *corr.* *L^1* parti^{ti}parer *B* participarem *Ce* sapientia *BRP* 10 aestimabit] extimabit *C* exstimabit *P* existimabit e 11 legisse dicantur] legantur *R* 12 dicantur] λέγωσιν dicnntur (n *in* a *corr.* *1 m.*) *B* dicuntur e 14 necessarium (u *in* a *corr.* *L*) *LCP* digressionem] disgressionem *P* descriptionem e, *in marg. add. LB:* al. (*i. e.* alii) discret (c *L*) ionem 15 facultatem *codd.* e 16 faciens] facient *L* faciunt *L^1Be* 17 rerum] *i. e.* τῶν πραγμάτων; τῶν παλαιῶν Λ quam] *om.* *R* 18 uolo] uolo <autem> *CP* aduersus] apud *R* 19 conuersationem] consonantiam *R* 20 ut aiunt de nobis *tr.* *R* illi^{s} *B^2* 21 et *ante* Graecis *supr. uers. add.* *L^2* <antiquis> Graecis *R* testimonia *post* antiquitatis *errore repetiuit statimque deleu.* *B*

exhibebo et eos, qui nostro blasphemant generi, ualde ipsi
rationi blasphemare monstrabo.

XII. Nos igitur neque regionem maritimam habitamus, 60
neque mercimoniis congaudemus, neque per haec alterutris
peregrinationibus fatigamur, sed sunt quidem nostrae ciuitates
procul a mari positae, regionemque uberrimam possidentes in
ea assidue laboramus, praecipue circa filiorum nutrimenta
studentes, legumque custodiam et traditionem pietatis totius
opus uitae necessarium iudicamus. cum assit igitur his, quae 61
praedicta sunt, conuersationi nostrae etiam uita remotior,
nihil fuit in antiquis temporibus, quod faceret nobis permixtionem Graecorum, sicut Aegyptiis mercimonia, quae ab eis
reiciuntur et ad eos rursus introducuntur, et iterum habitatoribus Phoeniciae maritimae studentibus circa contractus
atque negotia amore pecuniae requisita. sed neque circa latro- 62
cinia sicut quidam alii uacauerunt aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt, licet regio
nostra multa milia uirorum fortium possideret. Phoenices 63
ergo propter negotia ad Graecorum prouinciam nauigantes
repente sunt agniti et per illos Aegyptii et omnes, a quibus
ad Graecos onera deuehebant inmensa maria proscindentes.
Medi uero postea atque Persae palam in Asia regnauerunt et 64
usque ad alteram Epirum Persae militauerunt. Thraces autem

LBR, CP, e. — Λ, ed. pr.

1 ipsi rationi] ἐν τοῖς λόγοις Λ *corrupta lectione,* αὐτῶν τοῖς λόγοις? 3 regionem] nationem *R* 4 mercimoniis] *ex* mocimoniis *corr. ipse B* cumgaudemus *R* hoc e alterutros (i *superscripto*) *L* 5 fatigamus *R* sed sunt quidem] ἀλλ' εἰσὶ μὲν, *unde scripsi,* sed quidem *codd.* e 6 positae] possit *P* 7 nutrimenta filiorum *tr. R* 8 opus totius *tr. RCP* 9 assit] as (*i. e.* animis) *P* qui praedicti *R* 10 conuersationis *conicio* etiam *inter lin. suppl. L* 11 nihil fuit] οὐδὲν Λ οὐδὲν ἦν *ed. pr.* nobis *om. B* 12 aegyptus *RCP* reiciuntur eis *tr. sed ipse corr. B* 13 habitatores *CP* 14 contratus *P* 16 aut—conuersi sunt] ἢ τὸ πλέον ἔχειν ἀξιοῦν πολεμοῦντες ἐτράπησαν Λ — ἀξιοῦντες εἰς πολέμους ἐτρ. *coni.* 21 onera] honorem *L* (*L*[3] *corr.* honera) *BRP*e honores *C* proscindentes] possidentes *R* 23 ad] *supr. lin. add. B* alteram Epirum] τῆς ἡμετέρας ἠπείρου Λ *haud recte,* ἑτέρας *interpres uertit* trhaces *B* traces *RCP*

propter uicinitatem et Scythicum ab his, qui Pontum nauigant,
65 cogniti sunt. et omnino uniuersi iuxta mare uel orientale uel hesperium habitantes aliquid conscribere uolentibus cogniti facti sunt, qui uero superius habitabant et procul a mari
66 multis sunt temporibus ignorati. et hoc apparet etiam circa Europam contigisse: quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestate tantasque causas belli conficiente neque Herodotus neque Thucydides nec ullus qui fuit cum istis fecit aliquam mentionem; sed sero tandem et uix
67 ad Graecos potuit eorum notitia peruenire. de Galatis enim et Hiberis sic ignorauerunt hi, qui putantur subtilissimi conscriptores, quorum est Ephorus, ut unam ciuitatem esse arbitraretur Hiberas, qui tantam partem hesperiae terrae noscuntur inhabitare, et neque mores eorum, qui fiunt apud eos uel qui
68 dicuntur, tamquam sic utentibus referre praesumpsit. causa uero ignorantiae ueritatis est, eo quod procul abessent, ut autem falsa conscriberent, eo quod uellent uideri aliquid amplius ab aliis rettulisse. quomodo ergo mirari decet, si neque nostra gens plurimis erat certa, neque ad scribendum

LBR, CP, e. — Λ, ed. pr.

1 propterui ciuitatem *P* uicinitatem] uicini *in ras. B* Scythicum] τὸ Σκυθικόν scit(h *P*)iam *codd.* scytiam e 2 uniuersa *LBR*e iuxta mare uniuersa *tr. R* mare *s. lin. add. B* 3 uolentes (entes *in ras. C*) *CP* 4 sunt facti *tr. C, 1 m. corr.* 5 multi *L 1 m.* sunt ... ignorati] ἠγνοήθησαν *ed. pr.* ἠγνόησαν Λ ign. temp. *tr. R* 6 tam—potestate] *codd.*, τοιαύτην ἐκ μακροῦ δύναμιν κεκτημένης. *propterea conicio*: tantam longo tempore adepta potestatem 8 herodotus] lorodotus *LB* erodotus (c ero *s.*) L^3 herodus *R 1 m.* thu (tu *R*) cididis *codd.* -des L^1 nec] neque *R* 10 notitia peruenire] *om.* e Galathis e enim] autem *R* 11 hyberis *C*e 12 arbitrarentur *L* 13 Hiberas] *ex* heberas *corr. L* heberos *R* hyberas *CP*e qui] quod *P* tantum *LBP* tamen *R* 14 et neque—praesumpsit] *non intellexit Graeca interpres* qui] q̄ *C* eos] nos (*i. e.* hos) *C* qui] q̄ *C* 15 praesumpsit] ἐτόλμησαν praesumunt e 16 abesset *R* ut] eum *P* 18 ab aliis] *om. C*

de se aliquam dedit occasionem ita constituta procul a mari
et ita conuersari deliberans?

XIII. Pone igitur nos argumento uti uelle Graecorum, quia 69
non est eorum genus antiquum, eo quod neque in nostris uo-
luminibus de eis sit aliquid dictum: nonne omnino deridebunt
causas huiusmodi a me prolatas et testes uicinae regionis ad-
ducent antiquitatis suae? igitur ego hoc conabor efficere: Aegyp- 70
tiis enim et Phoenicibus praecipue testibus utar, cum nullus
eorum potuerit tamquam falsum accusare testimonium; et
uidentur maxime circa nos inimici in communi quidem omnes
Aegyptii, Phoenicum uero Tyrii. de Chaldaeis autem nequa- 71
quam hoc dicere potero, quoniam et generis nostri principes
constituti sunt et propter cognationem in conscriptionibus
suis meminere Iudaeorum. cum uero fidem de his praebuero 72
et blasphemias falsas ostendero, tunc etiam Graecorum con-
scriptores memorabo, qui Iudaeorum fecere memoriam, ut
neque huiusmodi occasio relinquatur inuidis nobis faciendae
contentionis.

XIV. Inchoabo autem primitus a litteris Aegyptiorum, quas 73
non arbitrantur commendare quae nostra sunt. Manethon

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 ita] et ita e   2 conuersari] *ex* βιοτεύειν *emendaui et ex coniectura* Co conuersi *LBRC*e conuersı *P* ?   4 genus eorum *tr.* e   5 deridebunt] describunt *R*   6 huiusmodi] *ante et post* causas *iterat R*   probatas e   adducunt *LBR*e   7 igitur—efficere] *om. R*   igitur] legitur *P*   hoc] coc *L*, h *s. uers. suppl. B*   8 enim] *om.* e   9 et] γὰρ καὶ δή etenim *conicio*   11 <et> Phoenicum e   12 hoc] ταὐτὸ τοῦτο   15 et blasphemias falsas ostendero] *in textu Graeco non inueniuntur*   17 inuidis] in undis *P* in iudaeis e   19 inchobo *B*   autem] δέ *Eus* δή Λ   quas—nostra sunt] *Iosephus prorsus alia expressit, interpres corruptela codicis sui deceptus sententiam aliquam a re non alienam enucleare conatus est.*   20 non arbitrantur] οὐκ οἴονται *uertit interpres,* οὐκ οἴοντε Λ οὐχ οἷόν τε *recte Euseb*   19 quas non—18, 1 Aegyptiorum] *om. oculis aberrans librarius L, in marg. suppl. 1 m.*   20 quae nostra sunt] τἀκείνων   Manethon] Μανεθών Λ Μανεθώς *restituit Niese ex Theophilo et Eusebio*

itaque genere uir Aegyptiorum, Graeca disciplina participatus,
sicut palam est, scripsit enim uoce Helladica, paternae regi-
onis historiam ex sacris, sicuti ait ipse, interpretatus libris,
frequenter arguit Herodotum in Aegyptiacis ignoratione men-
74 titum. ipse quidem Manethon in secundo Aegyptiacorum haec
de nobis scribit. ponam uero etiam sermonem eius tamquam
75 testimonii iure prolatum: „Honorabile nomen. sub hoc nescio
quomodo deus inspirauit et praeter spem ex partibus orien-
talibus homines genere ignobiles adepta fiducia in prouincia
castra metati sunt et facile ac sine bello eam potenterque
76 ceperunt; et principes eius alligantes de cetero ciuitates
crudeliter incenderunt et deorum templa uerterunt. circa
omnes uero prouinciales inimicissime usi sunt alios quidem
perimentes, aliorum uero et filios et coniuges ad seruitia
77 redigentes. nouissime uero et unum regem ex se fecerunt, cui
nomen erat Sualitis. hic in Memphide ueniens superiorem
inferioremque prouinciam diuidens et castra in oportunis
relinquens locis, maxime etiam partes muniuit orientales pro-
spiciens, quoniam Assyrii aliquando plus ualentes erant desi-
78 deraturi regnum eius inuadere. inueniens autem in Nomoto-
suati ciuitatem oportunissimam, positam quidem ad orientem

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

2 paternae regionis historiam] τὴν πάτριον ἱστορίαν, religionis *codd.* e sicuti *RP*e 3 ////storiam *B* ex sacris ... libris] ἐκ τῶν ἱερῶν *Euseb* ἐκ τῶν ἱερέων Λ 4 ignorantione *L* ignorantie *R* 5 ipse] αὐτός Λ οὗτος *Euseb* secunda *R* 6 sermonum *LBCP*e 7 Honorabile nomen] *ortum est ex* τοῦ τίμαιος ὄνομα *codicis* Λ, *sub* τοῦ τίμαιος *fortasse* Τούθμωσις *nomen regis Aegyptiaci latet. similis error in Chronicis Eusebii Armen.* 8 inspirauit] ἀντέπνευσεν in orientalibus partibus *R* 9 prouinciam *conicio* 10 mētati *P* potenterque eam *tr. B* potenter *R* 11 alligantes] χειρωσάμενοι 12 et eorum *R* uerterunt] euerterunt *rec. m. in P* 14 et coniuges et filios *tr. R* 16 Sualitis] Σάλατις Λ Σάλιτις Λ² memfide *LCP* mem (-n- *L*²) fitide *L*²*B* mēfidē e 17 diuidens] δασμολογῶν et] *om. LBR*e opurtunis *P* 18 locis relinquens *tr. R* partes] *ex* patres *mut. L*² 20 eius] τῆς αὐτῆς Λ eum e inuenies *LBR*e in Nomotosuati] ἐν νόμῳ τῷ Σαΐτῃ Λ 21 opurtunissimam *B* quidem *om. R*

Bubastitis fluminis, quae appellabatur a quadam antiqua
theologia Euaris; hanc fabricatus est et muris maximis com-
muniuit collocans ibi multitudinem armatorum usque ad ducen-
ta quadraginta milia uirorum eam custodientium. hic autem 79
messis tempore ueniebat, tam ut frumenta metiretur et mer-
cedes exsolueret, quam ut armatos pro terrore extraneorum
diligenter exercitaret. qui dum regnasset decem et nouem an-
nis uita priuatus est. post hunc autem regnauit alter quattuor 80
et quadraginta annis Beon nomine; post quem alter Apachas
sex et triginta annis et mensibus septem, deinde et Apofis
unum et sexaginta et Samnas quinquaginta et mense uno;
post hos autem omnes Ases nouem et quadraginta et men- 81
sibus duobus. et isti quidem sex apud eos fuerunt primi
reges debellantes semper et maxime Aegypti radicem ampu-
tare cupientes. uocabatur autem omne genus eorum Ycsos, 82
hoc est reges pastores, yc enim secundum sacrarum linguam
litterarum regem significat, sos uero pastorem siue pastores
secundum sermonem communis eloquii et ita compositum in-
uenitur Ycsos. quidam uero dicunt eos Arabas esse." in aliis 83
autem exemplaribus non reges significari comperi per appella-

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 bulliastitis *LB* buliastitis *reliqui* βουβαστίτου quadram *R* 2 ẹnaris *R* Αὔαριν 5 tepore *R* metiretur] meteret e 7 exercitaret] *ex Graeco* γυμνάζων *scripsi;* excitaret *codd.* e dum] cum e et] *om.* e 8 regnauit] *om. CP* 9 epachas *R* apaschas *C* apascas *P* 10 treginta *P* mensibus] -ibus *in ras. R* aposis *L, 1 m. B*e apposis *R* 11 Samnas] Ἰαννὰς Λ ἰανίας *ed. pr.* 12 hos] *om.* e omnes] os *sup. lin. add. B* Ases nouem] καὶ Ἄσσις ἐννέα ases inouem *L* asses nouem *R* 13 sex quidem *tr. R* 14 debellantes—cupientes] πορθοῦντες (ποθοῦντες *ed. pr.*) ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς Αἰγύπτου ἐξᾶραι τὴν ῥίζαν Λ maximi *LB* 15 omne genus eorum] τὸ ἔθνος Λ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος *Euseb* Ycsos] *Niese, om. R* sesis *P* sesos *rell.* e 16 reges <et> *CP* yc] se *codd.* e yc—significat] secundum sed enim sacrarum linguarum regem significat e sacrarum linguam litterarum] sacrarum (*B*[1] *in m. suppl.*) linguarum *LB* interpretationem sacrarum linguarum *R* 17 siue] καὶ pastores] -es *in ras. B* 18 ita] tantum e inuenitur compositum *tr. R* 19 Ycsos] ICOC *R* sesos *CP* hycsos e 20 comperi] *apud Iosephum non inuenitur* appellationem] *in marg. suppl. B*[1]

tionem yc, sed e diuerso captiuos declarari neque pastores. hyc
enim rursus Aegyptiaca lingua et ac, quando pingui sono
profertur, captiuos aperte significat; et hoc potius uerisimile
84 mihi uidetur et historiae antiquae conueniens. hos ergo quos
praediximus reges et eos, qui pastores uocabantur, et eos qui ex
eis fuerunt, optinuisse Aegyptum ait annis undecim et quin-
85 gentis. post haec autem regum Thebaidis et alterius Aegypti
factam dicit super pastores inuasionem et bellum maximum
86 et longaeuum eis inlatum. sub rege uero cui nomen erat
Alisfragmuthos uictos dicit pastores et alteram quidem uni-
uersam Aegyptum perdidisse, inclausos autem in locum haben-
tem mensuram terrae ulnarum undecim milium, cui loco nomen
87 est Auarim; hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque
robustissimo circumdedisse pastores, quatenus et omnem pos-
88 sessionem munitam haberent simul et praedam suam. filium uero
Alisfragmathoseos Thumnosim dicit conatum quidem eos per
obsessionem capere et fortiter cum quadringentis octuaginta
milibus armatorum eorum muris excubuisse. cum uero obses-
sionem desperasset, pacta cum eis fecisse, ut Aegyptum relin-
89 quentes, quo uellent, innoxii omnes abirent. illos uero his
promissionibus impetratis, cum omni domo et cum possessi-

LBR, CP, e. — Euseb Λ, ed. pr.

1 yc] is *R* re *P* hyc e e] est *R* de *CP* diuersio (i *ex corr.*) *R* captiuos] βασιλεῖς αἰχμαλώτους Λ neque] οὐ Λ hyc] yc *BC* ic *R* hec *P* 2 lingua] *om. R* ac] hac e 3 aperte] ῥητῶς apertos *1 m. L* (L^3 *s.* c e) *BCP*e 4 ergo] *deest in* Λ, *extat ap. Eus.* 5 et eos qui ex] καὶ τοὺς ἐξ, eos *om. LBR*e 6 annis] *sup. uers. add. B* 7 haec] *om. C* alterius] τῆς ἄλλης 9 eis] cum Λ (αὐτοῖς) *ponit interpres* allatum *R* 10 Alisfragmuthos] -mutos *R*e*P i. m.* L^3 μισφραγμούθωσις *solet Euseb* alisfragmathos (os *sup.*) *C* alteram] τὴν ἄλλην uniuersam] *om. C* 11 inclausos] inclusos L^1 (*ipse* a *expunxit*) *BR*e 12 undecim milium] μυρίων locum e 13 est] erat *R* Auarim] αὔαριν Manethon] *sic semper cum cod. graeco* Λ: Μανεθών 14 possessionem *om. P* 16 Thumnosim] themusim *CP* Θούμμωσιν Λ Θμούθωσιν *Eus.* 17 obsedionem *R* occtuaginta *B* 19 pactum *CP* 20 habirent *LP* (L^1 h *deleuit*) 21 cum *post* et *om.* e possionibus *B*

onibus non minus ducenta quadraginta milia numero ex
Aegypto per desertum in Syriam iter egisse, et metuentes 90
Assyriorum potentiam, tunc enim illi Asiam optinebant, in
terra, quae nunc Iudaea uocitatur, ciuitatem aedificasse, quae
tantis milibus hominum sufficere potuisset, eamque Hierosolymam uocitasse. in alio uero quodam libro Aegyptiacorum Mane- 91
thon hanc ipsam inquit gentem, id est qui uocabantur pastores,
in sacris suorum libris captiuos ascriptos, rectissime dixit.
nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat; et
pascualem habentes uitam uocabantur ita pastores. sed et 92
captiui non inrationabiliter ab Aegyptiis sunt uocati, quoniam
progenitor noster Ioseph dixit ad regem Aegyptiorum se esse
captiuum et fratres in Aegyptum posterius euocauit rege
praecipiente. sed de his quidem in aliis examinationem subtilius faciemus.

XV. Nunc autem huius antiquitatis producam testes Aegyp- 93
tios rursumque quomodo se habeant uerba Manethonis circa
ordinem temporum aperte describam; sic enim ait: „Postquam 94
egressus est ex Aegypto populus pastorum ad Hierosolymam,
expulsor eorum rex Themusis regnauit post haec annis uiginti
quinque et mensibus quattuor et defunctus est. adsumpsit
regnum filius Chebron annis tredecim; huius autem Amenofis 95
*** annis uiginti uno et mensibus nouem. Mifris autem duode-

LBR, CP(Pa), e. — Euseb Theoph Λ, ed. pr.

2 aegyto *P* egisse] egysse *R* egypsse *P* 4 uocatur *RCP* uocatur iudea *tr. CP* 7 inquit] *om.* e 8 duxit *L* 9 antiquos *P* mos] mox *P* 10 pascualem] pascua est *P* ita pastores uocabantur *tr. CP* 11 ab] *s. R* aegytiis *P* uocati] *om. LB*e 12 rege *C* 14 examinationibus *CP* 18 apte *R* postquam—p. 22, 9 uirtutem habens] *Pa collatus est* 20 Themusis] temusis *P* Τέθμωσις uigintique *R* XXIIII^or *P* XXII *Pa* 21 et *prius*] καὶ, *om. codd.* adsumpsit] assumpsit autem *C* adsumpsit in *P* assumpsit autem in *Pa* 22 Chrebron e Amenofis] filius Amenofis *CPPa* amenosis e *Post* Amenofis *exciderunt quae in Graecis sunt:* εἴκοσι καὶ μῆνας ἑπτά. τοῦ δὲ ἀδελφὴ Ἀμεσσής. *ab* annis *in* annis *librarius oculis aberrauit.* 23 uiginti uno] u. unum *LC* XXI *reliqui codd.* Mifris—mensibus nouem] *om. R* Mifris] μήφρης

96 cim et mensibus nouem. Miframthusis uiginti quinque et
mensibus decem, Etmusis autem nouem et mensibus octo,
Amenofis uero triginta et mensibus decem, Orus uero triginta
97 sex et mensibus quinque, huius autem filia Acenchres duodecim
et mense uno, Rathotis uero frater nouem, Acencheridis autem
*** duodecim et menses tres, Armes uero quattuor et mense uno,
Armesis autem unum et menses quattuor, Armesis Miamus
uero sexaginta sex et menses duos, Amenofis decem et nouem
98 et menses sex. Sethosis autem equestrem et naualem uirtutem habens fratrem quidem Armen procuratorem Aegypti
constituit et omnem ei aliam regalem contulit potestatem;
tantummodo autem diademate uti prohibuit et ne reginam
matrem filiorum opprimeret imperauit et ut abstineret etiam
99 ab aliis regalibus concubinis. ipse uero ad Cyprum et Phoenicen et rursus contra Assyrios atque Medos castra metatus
uniuersos alios quidem ferro, alios sine bello, terrore magnae
uirtutis sibimet subiugauit. his uero felicitatibus eleuatus
confidentius incedebat orientales urbes ac prouincias subuer-
100 tendo; multoque tempore procedente Armes, qui in Aegypto
fuerat derelictus, omnia contraria, quam eum frater agere

LBR, CP(Pa), e. — Euseb Theoph Λ, ed. pr.

